



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK


Signatur: Leibn. Marg. 229, [1] - -

PUBLIC DOMAIN

N-A 1515
Leibn. Marg. 229
NIEDERSÄCHSISCHE * LANDESBIBLIOTHEK *




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [2] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 229, [3] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK


Signatur: Leibn. Marg. 229, [4] - -

PUBLIC DOMAIN

p. 2. 5 p. 13. 15. 25. p. 42 43. p. 40. p. 64. p. 76.
p. 80 p. 27 49 p. 99. p. 100

p. 20. p. 27. p. 49

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [5] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 229, [6] - -

PUBLIC DOMAIN

ARNOLDI GEULINCX
ANTVERPIENSIS,

METHODUS

Inveniendi Argumenta

Quæ

SOLERTIA

Quibuſdam dicitur.

Nunc novis rurſum Typis deſcripta,
& aliquot objectionibus ac reſponſionibus
adverſus Ethicam ejuſdem authoris,
adaucta.



LUGD. BATAV.
Apud ADRIANUM SEVERINI.
CIↃ IↃ CLXXV.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [7] - -
PUBLIC DOMAIN



Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com
VierFarbSelector Standard* - Euroskala Offset
GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [8] - -
PUBLIC DOMAIN

Nobiliſſimis Ampliſſimiſque Dominis,

D. AMELIO VAN BOEKHORST, Wimmenumi Domino, Ord. Equeſt. Adſeſſ. Rhenolandiæ Præpoſito & Aggerum Præfecto, ad Comitia Ordin. General. nuper, nunc ad Confeſſ. Conſiliorum, Holland. Ordin. Delegato.

D. GERARDO SCHAEP, Equiti, Domino Cortehoeviæ, Reipubl. Amſtelodam. Exconſuli, ad Sereniſſ. Daniæ ac Sueciæ, Reges Ex-Legato.

D. JOHANNI VAN THILT, J.C. In Republ. Harlem. Viro Conſulari, ſupremi Senatus, Rheno ejuſque Aggeribus Præfecti, Aſſeſſori.

UT ET

Ampliſſimis, Spectatiſſimiſque, Florentiſſimæ Reip. Lugd. Conſulibus.

D. JOHANNI MEERMAN, J. C.

D. JOHANNI vander MARSSEN.

D. HARMANO SCHUYL.

D. WILHELMO VAN SANEN.

Academiæ Lugd. Curatoribus.

NEC NON

Ampliſſimo, Conſultiſſimoque Viro.

D. JOACHIMO à WEVELINKHOVEN J.C. Reipubl. Lugd. Syndico, Nobiliſſ. Ampliſſimiſque Curatoribus, à Secretis.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [9] - -
PUBLIC DOMAIN

Nobilißimi, Ampliſſimi, Viri.

Pergit etiam ad vos Libellus hic, viâ, quam alter ei Libellus, anno jam vertente præiverat: Logici ſunt ambo: palos & rudera convehunt, futuris ædibus fundamentum: Quo ipſo nomine (fateor) contemptui erunt multis; non perinde (quod ſenſi) Vobis: Quibus, ceu pulcerrimi Muſæi Architectis, notum eſſe debet, quam ſine hoc Fundamento, caducum ſit Sapientiæ domicilium: Sed & illud intelligitis, Fundamentum hoc, ſi probè jactum eſt, præſtare adverſus Errorum ventos, & Fallaciarum ſtillas, innixum ſibi ædificium, contumax & perenne; ſi verò quid minus rectè ſe habeat, ſi quid hic peccatum ſit, quo ſuperſtructa Scientiarum aliarum moles operoſior eſt, eo illam ſubſidere magis, quo ſurgit altius, eo illam gravius & periculoſius ruere. Quapropter conatus ego ſum ſeriò, quod tanti eſt, Fundamentum, ſolerter & ſollicitè

citè reponere: Altè defixis Theorematum palis, ſolum iſtud, aream iſtam Logicam conſtipavi, compegi, & vinxi (quod ante me nemo fecit) perpetuâ Demonſtrationum catenâ: Auguſtum jam & celſum quantumvis Sapientiæ delubrum inædificetur: feret. Scilicet jam pridem perſpexi, & multo uſu compertum habeo, nihil eſſe, quod generoſa (qualia Belgarum eſſe ſolent) ingenia, tam abalienet à Scholis, & umbratili Philoſophorum exercitatione, quam ſi credere, conjicere, ſuſpicari jubeas, quæ docere, probare, demonſtrare profiteris: Nec injuriâ: quis enim liberi & elati animi homo ſit, qui pro ſcientia, pro re tota ſolidâ, pretioſâ, divinâ, obtrudi ſibi ſinat res maximè vanas & leves, humanam fidem, conjecturas, opiniones, vigilantium ſomniâ? Sed, malum! ſic à Scientiis averſi, ſic alienati (nam hoc generoſis fatale eſt) quas odêre, contemnunt: & velut immanes quidam

dam Cyclopes, altero, qui Naturæ eſt, oculo præditi; altero, qui Artis eſt, carentes, nihil ritè conſiderant: quia momenta negligunt, & inſolenti paſſu, quæ digna notatu, quæ detinere eos debuerant, & in ſui curam attentionemque defigere, tranſmittunt. Cum fortè vafer aliquis Sophiſmatum Uliſſes, inanibus argutiis circumventos, verborum præſtigiis faſcinatos, delinitos, potos intercipit, & unicum illum frontis oculum, præuſto Captionum ſude elidit. Si qui tamen eorum, has technas, hæc frivola, contemnentis animi magnitudine obtriverint, hi Cælum affectant; & tamen gradus in Scala Rationis, nimis preſsè, nimis cautè poſitos deteſtati, impatientes, ſui cerebri commenta commentis, ceu montes montibus imponunt; Donec de cælo Sapientiæ percuſſi, illius, quam adeo ſublime exſtruxerant, & cujus cacumen inſederant, confuſionis ac ſtultitiæ ruinis involvantur. Hæc deplorata

plorata sors eorum, qui, si malè docentium vitio, à nobis alienati non fuissent, Atlantes esse poterant, & Philosophiæ cælo, robustis illis cervicibus succollare. Sed sicubi incommodum hoc cavendum est, in Logica non studiosè, non sollicitè tantum; sed vel anxiè cavendum est: utpote, quæ janua Scientiarum: ad quam, si male fuerint accepti, imposterum aberrant à limine. Hîc igitur non dicere, sed docere oportet: Id feci: Non conjicio hîc, non opinor, non credi mihi postulo, non verisimilia, sed vera dico: Apodixes sunt, quas posui. Hanc igitur lucubrationem meam, ut æqui boni faciatis, ut ei aurà favoris vestri aspiretis, obnixè rogo. Valete. Dabam Lugd. Batav. ult. Aug. M D C LXIII.

Nobiliss. & Ampliss.
D. D. V. V.
Observantissimus Cultor
ARNOLD. GEVLINCX.

Typo-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [13] - -
PUBLIC DOMAIN

Typographus Lectori Salutem.

Benevole Lector.

Ut tibi ac communi bono opera noſtra inſerviret, jam à pluſculis hebdomadis diligentia noſtra ſudavit in eo, ut juxta complurium deſideria Typis noſtris deſcriptam Ethicam *Cl. quondam & Doct. Viri, Arnoldi Geulincx* pleniſſimè cum omnibus partibus luci exponeremus: quod non tantum hiſce diebus præſtitum eſt à nobis, verum etiam effectum, ut de novo liceat habere alterum authoris de Logica Tractatum, cui titulum fecit *ſolertiæ, ac Methodi inveniendi argumenta.* Exiguæ quidem molis libellus eſt, ſed maximæ & ſupra quam dici poteſt utilitatis, quæ redundare ſolet ad eos, quibus non eſt grave attenta mente aliquoties (nam id neceſſe eſt, ſi, vel punctum in eo intelligere velis) eundem pervolvere, imo animum inibi defigere, donec demonſtrationum illarum ſummam ἀκρίβειαν clariſſime aſſequaris; qua ſane methodo non tantum attentioni aſſueſcit vagus & volubilis animus, ſed mirum in modum, ad alias quaſlibet ſcientias præparatur; imo ſumma ingenii dexteritas, qualis in ipſo fuit authore, fatente invidia, acquiri poterit ab eo, qui unam alteramve horam ſingulis modo diebus huc impenderit, ceu aliquot experimentis comprobatum eſſe retulerunt viri aliquot fide digni; quod proinde calcar fuit hujuſce editionis in defectu exemplarium undique dictractorum; & ne qua parte deficeret gratificandi noſtra voluntas, adjunximus objectiones adverſus Ethicam authoris, quas ſerius ad Philaretum is qui eas poſuit, tranſmiſit: propterea non potuerunt ipſi Ethicæ apponi, ſed cum vacarent aliquot in hoc opere paginæ, pro bono utilique facturos nos credidimus, ſi hoc loco excuderentur: ne longior ſim, vale & ingenuis noſtris conatibus favoris tui aura adſpira.

CAP.

CAP. I.

De Vero & Falso.

Princia seu Communes Notiones.

COMMENTARIUS.

PRincipium est enunciatio necessaria, cujus non est danda ratio: Quia nimirum nullam sui Rationem habet præter se ipsam, aut si quam habeat, illa tam parum à Rata distinguitur, ut simul cum ipsâ Ratâ se insinuet, ac proinde non sit operæ pretium eam seorsim exhibere.

Principium vocatur etiam *Communis Notio* (de qua dixi aliquid in Logica mea part. ult. cap. 13.) eo quod omnes qui sanâ sunt mente, eam agnoscere soleant, clarè videntes eam esse veram, fierique non posse, quin vera sit, idque independenter ab opera docentis, independenter etiam à

privato ſtudio, quo illam ex aliis enunciationibus elicuerint. Quædam etiam inter haſce Communes Notiones, vulgo *fatua* vocantur: ſolent enim imperiti pro fatuis habere ea omnia, quæ valde clara & ſimplicia ſunt: gaudent nempe cogitationibus obſcuris & perplexis: in quibus cum jugiter periculum errandi ſubſit, merito dictum eſt, *Populus vult decipi.*

Quamvis autem Principiis omnibus hoc commune ſit, quod ratione, qua probentur, non indigeant; ſæpè tamen alia quædam adminicula, quibus in animum illabantur, non reſpuunt: velut expoſitionem (ſunt enim quaſi Oracula quædam, quæ abruptâ ſuâ brevitate ſubinde ſunt obſcura) exemplum (ſunt enim ſæpè nimis abſtracta, adeoque exempli alicujus aptâ incorporatione, familiaria nobis, qui & ipſi incorporati ſumus, ac velut analoga redduntur) Rationem indirectam (hæc enim militat, & Intellectũ oſcitantem aliàs, ac velut in-

indormiſcentem ſerit & excitat : vide ſis Logicam meam part. ult. ſect. ult. cap. 11.) Præjudiciorum refutationem (hæc enim velut nebulæ quædam atræ, cœlum illud ſplendidæ veritatis Intellectui tegunt & obducunt) Inculcationem denique, & ſub alia forma verborum, Repetitionem (ſic enim Intellectus, qui volubili ſuâ levitate, Principia tranſmitteret, detinetur, & altiùs in eorum contemplatione defigitur.) Præcipuè verò Principia Logica inſtruenda ſunt his adminiculis : quæ nuper domi meæ nata, tenera ſunt etiamnum, inſolentia publici, inuſitata, nova ; Ubi Mathematica Principia ab annis robur habent, cunctis nota ſunt, ubique recepta.

Non omnia huc Principia conferemus in medium (inutile id foret, imo impoſſibile) ſed ea tantùm, quorum nobis, in demonſtrandis Effatis Logicis, uſus aliquis futurus eſt : ſunt enim velut faculæ, à quibus luce ſuâ

fulgentibus, obscura cæteroquin Effata, si scitè admoveris, lumen mutuantur, ut jam etiam pari cum Principiis claritate ac certitudine refulgeant.

Principia Generalia.

COMMENTARIVS.

Principia Generalia spectant ad Metaphysicam : Metaphysica enim sola præcedit Logicam inter scientias; quamvis nec sine Logica tradi possit : Ideo ante Definitiones posui ista Principia : Definitiones enim, quas adducam, Logicæ sunt propriæ, & in Logica quodammodo; cum hæc Principia Generalia, sint ante Logicam.

Principium Generale 1.

Aliquid est.

COMMENTARIVS.

Fieri enim nequit, ut nihil sit; necessum ergo est, ut aliquid sit. An hoc Principium sit absolutè primum

mum inter Principia ; an verò pendeat aliunde (saltem in cognoscere) non disputo: non institui enim hîc de Principiis tractare; sed ea modo Principia proponere, quibus inter demonstrandum indigebo.

Principium Generale 2.

Multa sunt, & sine fine.

COMMENTARIVS.

Auctarium hoc quoddam est præcedentis Principii: Ac si dicas, *Aliquid est, imo multa sunt & sine fine*. Est hoc Principium clarum ex infinitis ideis, quas in nobis habemus colorum, sonorum, figurarum, cogitationum, affectuum, &c. Est etiam hoc Principium ordine prius iis, quæ passim à Metaphysicis circumferuntur, quæque mox subjiciemus, *Quidlibet est vel non est : Impossibile est idem, &c.* cum illa Principia supponant multa seu res multas: quomodo enim rectè dixeris, *Quodlibet &c.*; nisi jam ante constitueris, non unum modò, sed multa

esse? aut *Impossibile est idem, &c.* nisi jam supposueris etiam diversa, seu res diversas esse.

Principium Generale 3.

Quidlibet est, quod est.

COMMENTARIUS.

Hoc Principium clarè supponit secundum: Cum enim res multæ sint, profectò unaquæque earum est quod est. Hoc etiam est unum ex iis quæ ab imperitis *fatua* vocantur: & sanè omnia, quæ hoc Principio nituntur, fatua vocant, ut *A. est A. lapis est lapis, &c.* cum tamen in sacris legatur Deus ipse sibi tale aliquod nomen fecisse, dicens *ego sum, qui sum*; sed nempe sapientia Dei est stultitia coram hominibus.

Principium Generale 4.

Nihil est aliud, quam quod est.

COMMENTARIUS.

Hoc Principium cohæret, & quasi unum constituit cum proximè præcedenti

cedenti Principio: ac si dicas, *Quidlibet est quod est, nec est aliud quidpiam quam quod est:* v. g. A. est A., nec A. est aliud quidpiam quam A.: nempe A. non est B., si B. sit aliud quidpiam quam A.

Principium Generale 5.

Quidlibet est vel non est.

COMMENTARIVS.

Vulgus tales phrases & loquendi formulas circumfert, quibus huic Principio derogent, nisi benignè interpreteris, & in meliorem partem dicta eorum accipias: v. g. heri, inquiunt, cœlum neque serenum erat, neque non serenum: & summo manè, nec lucet, inquiunt, nec non lucet: & multa his similia de mixtis ac dubiis rebus pronunciant; Quas phrases non ad verbum, sed ad sententiam accipere convenit: dicere volunt, heri modo serenum fuisse cœlum, modo non serenum: & summo mane creperā aliquam ac dubiam lucem esse;

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [21] - 7
PUBLIC DOMAIN

Alioqui satis noverunt illi ipsi, phrasim suam in rigore non subsistere; sed hoc ipso elegantiam aliquam spirare vulgò creditur: cum enim falsum & absurdum præ se ferat; intus tamen & velut in recessu veritatem aliquam continet, quo ceu lusu quodam & fallaciâ, populus admodum delectatur.

Principium Generale 6.

Impossibile est idem simul esse & non esse.

COMMENTARIUS.

Vulgus Logicorum phrasi suâ (sensu enim ut id faciat, fieri nequit) aliquando impingit in hoc Principium: dicunt enim lapis est marmor, & lapis non est marmor, aut, quo illi passim exemplo gaudent, *Animal est homo & animal non est homo*, utrumque inquiunt, verum est: Quæ phrasis manifestè nititur contra textum hoc Principium; quam proinde sic castigamus, ut falsam quidem esse dicamus Affirmantem inter illas, veram Negantem: falsum, inquam, est quod

quod *animal sit homo* : cum animal non sit potius homo quam brutum, sed indifferens ad utrumque: cum igitur hoc falsum sit, debet esse verum quod *animal non sit homo*; juxta hoc sextum Principium.

Principium Generale 7.

Cum unum eorundem est hoc, etiam alterum eorundem est hoc : & cum unum eorundem non est hoc, etiam alterum eorundem non est hoc.

COMMENTARIUS.

Ut si A. & B. sub diversis quidem istis nominibus, res una eademque sit, & A. sit hoc, puta, homo, etiam B. erit homo; item si A. non sit hoc, puta, homo, etiam B. non erit homo: & ita porro, quidquid uni eorum competit, competet & alteri: nam diversitas illa nominum nihil mutat in re: unde quod res est, hoc est, sub quocumque nomine veniat; & quod non est, non est, quocumque nomine pallietur.

Definitiones.

COMMENTARIVS.

Definitiones eo ſerviunt, ut dicamus, quid hoc vel illo nomine velimus intelligi: operoſum enim eſſet & confuſum, integram ſemper rei definitionem deſcriptionemve inter diſcurrendum adducere: ideo loco ejus, unum aliquod nomen ſupponitur. Non refert autem, ſi qui Philoſophi, aut alii quicumque aliter uſurpent illa nomina: quia definientes non dicimus quid alii, ſed quid nos ipſi nominibus illis ſignificatum velimus: idque in eo, qui præ manibus eſt, ſcientifico tractatu: quid enim nos ipſi alibi nominibus iſtis dixerimus, etiam ad rem non attinet. Hinc ergo Definitiones nulli cedunt in evidentia & certitudine: cum enim Definitio, ſeu potius Terminus Definiens de Definito dicitur, perinde eſt, ac ſi idem prorſus de ſe ipſo dicatur: Unde Definitiones nullum ſupponunt

ponunt Principium, præter hoc simpliciſſimum clariſſimumque *Quidlibet eſt quod eſt*: niſi enim in Definitione, ex parte ſubjecti & ex parte Prædicati idem penitus intelligas, non eſt Definitio. Ex dictis patet quod Definitio etiam nitatur iſto Poſtulato: *Detur cuicumque rei nomen imponere quodcumque*: quod Poſtulatum æquiſſimum eſt, & concedendum omnino iis qui ſcientificos tractatus inſtituunt: ut infra videbimus.

Definitio 1.

Enunciatio eſt dictio, quæ dicit eſſe.

COMMENTARIVS.

Ut *A. eſt A.* dicit enim hoc eſſe, nempe quod A. ſit A.

Nota nos propriè dicere, qui dictionem formamus ſeu efferimus; ſed tamen etiam dictionem ipſam ſuo modo dicere, nempe formaliter, ut loquuntur Scholæ: ſicut non tantùm dealbator; ſed etiam ipſa albedo parietem dealbat: & non tantum lucer-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [25] - 11
PUBLIC DOMAIN

na, ſed etiam ipſum lumen ab ea diffuſum illuminare dicitur.

Nota ſecundo eam dictionem, qua dicimus *non eſſe*, etiam enunciationem eſſe: v g. *A. non eſt B*, hæc dicto etiam enunciatio eſt; ſed hæc ſatis continetur ſub illa dictione, qua dicimus eſſe: nam *non eſſe* dicentes, hoc ipſo ſatis *eſſe* diximus: quod infra demonſtrabo.

Definitio 2.

Verum eſt dictio, quæ dicit eſſe, quod eſt: ſeu eſt dictio quæ dicit eſſe, & totum id eſt, quod eſſe dicit.

COMMENTARIUS.

Hæc particula in Definitione, *dicit eſſe quod eſt*, purè intelligenda eſt: non ſufficit enim ad Verum, ut dicat eſſe quod eſt, ſi inſuper etiam dicat eſſe quod non eſt: v. g. hæc dictio, *A. eſt A. & B.*, non eſt vera: etiamſi enim dicat eſſe quod eſt, qua parte dicit quod *A. ſit A.* qua parte tamen etiam dicit quod *A. ſit B.*, non dicit eſſe quod eſt:

est : & sic simpliciter non dicit esse quod est ; sed simpliciter & absolutè dicit esse quod non est : Verum enim est de genere Boni, de quo hoc Philosophorum est scitum, *Bonum ex integra caussa, & malum ex singulis defectibus.*

Aliter id ipsum proponamus : *Esse* est purum, *Non esse* est mixtum cum *esse* (si enim esset purum *Non esse*, nihil esset) unde cum in Vero tantum reperiatur *esse* (in eo enim est totum, ut dicat esse quod est) hinc in ipso nullum potest esse *Non esse* ; quod tamen fieret, si non purè diceret esse quod est ; sed aspergeret hanc dictionem aliâ quadam dictione, qua esse diceret quod non esset.

Et generatim in iis quæ positiva sunt, idem est simpliciter esse, & purum esse: sic esse aurum, & esse purum aurum, idem sunt (nam impurum aurum non est aurum, sed aurum & scoria) esse vinum, & esse purum vinum, idem sunt (nam vinum impurum non

est

est vinum; sed vinum & aqua, aut alia quædam miscella) esse rectum, & esse purè rectum, idem sunt (nam rectum cum curvo mixtum, non est rectum sed curvum.) & sic Verum, ac purè Verum, idem sunt: nam si vel tantilla falsitas admixta fuerit, non erit verum, sed falsum.

Definitio. 3.

Falsum est dictio quæ dicit esse quod non est: seu dictio, quæ dicit esse; & aliquid eorum, quæ esse dicit, non est.

COMMENTARIVS.

Illa particula in Definitione, *dicit esse quod non est*, non debet purè intelligi: sic enim nullum omnino falsum esset: nunquam enim sic falsum dicit esse quod non est, quin simul dicat esse quod est, seu nullum est falsum sine admixtione Veri: ut infra demonstraturus sum.

Principia specialia.

COMMENTARIVS.

Sic voco, non quod eorum nullus usus

usus sit in aliis Disciplinis (Logicâ enim, adeoque Principiis Logicis utuntur omnes scientiæ) sed quod ex Objecto Logices & ejus modo considerandi nascantur: sicut Principia Generalia seu Metaphysica nascuntur ex natura Entis, quod est Objectum Metaphysices.

Principium speciale 1.

Dicens, aliquid dicit.

COMMENTARIUS.

Cum enim dicat, impossibile est, ut nihil dicat (hoc enim esset non dicere) si ergo dicat, debet aliquid dicere. Breves hæ Principiorum elucidationes (ut adhuc supra monui) non detrahunt illis naturam Principiorum; sed tantum attentionem conciliant, & maturam significationis eorum apud animum perpensionem: qua positâ, Intellectus clarè penetrans & intelligens, iis propter se adhæret.

Prin-

Principium ſpeciale 2.

Dicens, id dicit, quod dicit.

COMMENTARIVS.

Hoc Principium analogiam habet cum Principio Generali tertio (ſicut Principium ſpeciale primum analogiam habet cum Principio Generali primo) quapropter eodem modo ridiculum & futile videtur idiotis: quibus nihil ſpecioſum eſt, niſi quod caligat & lapſibus obnoxium eſt; Nobis interim hæc & ſimilia Principia ſerviunt ad demonſtrandum Propoſitiones utiliſſimas : & nominatim hoc Principium ſpeciale ſecundum concurrit ad demonſtrandum Effatum duodecimum hoc capite : Effatum, & mirum, & in rebus Logicis utilitatis oppidò magnæ.

Principium ſpeciale 3.

Quæ, vel aliud, vel de aliis dicunt, aliæ dictiones ſunt.

COM-

COMMENTARIUS.

Aliud dicunt istæ dictiones, quarum una aliquid dicit, quod non dicit alia; etiamsi fortè de eodem dicant: v.g. si dictio aliqua dixerit de aliquo, quod sit A, & dictio quæpiam de aliquo non hoc dixerit, sed dixerit v. g. quod sit B., etiamsi hoc fortè de eodem dixerint (v. g. d. C.) erunt nihilominus diversæ dictiones.

De aliis dicunt illæ dictiones, quarum una de aliquo dicit, de quo non dicit alia, etiamsi fortè idem de illis dixerint: v.g. si dictio aliqua dicat de A., & dictio quæpiam non de A. sed de B. dicat, etiamsi fortè idem dicant de utroque (v. g. quod A. sit C. & quod B. sit C.) diversæ nihilominus erunt illæ dictiones. Et hæc sic exposita clarè patent per se & absque ratione ulteriori; quamvis forte ratio aliqua generalior dari possit, nempe *Dicere sequitur esse*: ideoque cum quid diversum est in *esse*, eadem diversitas derivatur ad *dicere*.

Prin-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [31] - 17
PUBLIC DOMAIN

Principium ſpeciale 4.

Cum hoc eſſe, eſt illud eſſe, tum dicere quod prius ſit, eſt etiam dicere quod poſterius ſit.

COMMENTARIUS.

Sic eſſe marmor, eſt eſſe lapidem: ideoque dicere quod ſit marmor, eſt etiam dicere quod ſit lapis, item dicere quod aliquid ſit marmor, eſt etiam dicere quod illud ſit lapis. Ratio hujus Principii item pendet ex illo Principio, *Dicere ſequitur eſſe*: & quamvis hæc duo Principia, ſpeciale 3. & ſpeciale 4. permittant dari rationem ſui per dictum Principium; non tamen poſtulant; ſed per ſe ſatis clara ſunt, ſeu potius, rationem illam ſecum ſatis manifeſtè important. Cur ergo loco duorum horum Principiorum non ponitur unum illud quod hæcce comprehendit? Reſpond. quia non tam facile Propoſitiones, quas demonſtrandas ſuſcepi ex illo laxo, quam ex his ſtrictioribus magiſque

ad

ad præsens negotium accommodatis, sequuntur.

Principium speciale 5.

Cum aliquid est unum è duobus, si non sit hoc, erit illud.

COMMENTARIVS.

Ponamus Principium in Exemplo: sit compertum quod A. sit B. vel C.; postea vero comperiamus, quod A. non sit B., reliquum erit, ut A. sit C.; alioqui enim, quomodo A. foret B. vel C.?

Principium speciale 6:

Cum aliquid non est utrumque, si est hoc, non erit illud.

COMMENTARIVS.

Ponamus Principium in exemplo: sit compertum, quod A. non sit simul B. C.; postea verò comperiamus, quod A sit B., necessum igitur erit, ut A. non sit C.; alioqui enim A. esset utrunque, nempe B. & C.

Prin-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [33] - 19
PUBLIC DOMAIN

Principium ſpeciale 7.

Cum alterum horum duorum eſſe debet: & ſi hoc horum duorum eſt, tunc hoc iſtorum duorum ſit; & ſi illud horum duorum eſt, tunc illud iſtorum duorum ſit, etiam alterum iſtorum duorum eſſe debebit.

Commentarius.

Principium in ſe clariſſimum eſt; adhæret tamen ei velut extrinſecus obſcuritas aliqua ex verborum recurſu & ambage; quæ ab illo, quatenus Axioma quoddam eſt, certâ verborum formulâ circumſcriptum, tolli nec debet, nec poteſt; Abſolutè tamen loquendo, facile detergetur illa obſcuritas; non quidem Demonſtratione (demonſtrari enim non poteſt, nec ullam rationem ſe priorem agnoſcit) ſed expoſitione & Exemplo, quæ ſenſum ejus declarent modò: qua declaratione factâ, nullâ prorſus indigere probatione comperitur.

Sint

Sint egitur hæc duo A. & B., atque neceſſum ſit horum alterum eſſe: ſint etiam iſta duo C. & D.: ſic ut, cum A. eſt, tunc C. eſſe debeat, & cum B. eſt, tunc D. eſſe debeat: Neceſſum erit, etiam alterum iſtorum duorum, nempe C., D. eſſe. Sic expoſito Principio, elucet ejus proxima & immediata neceſſitas, quam à ſe habet, & ei aliunde non advenit.

Poſtulata.

COMMENTARIVS.

Poſtulata in ſcientiis ſtrictè dictis, qualis eſt Logica, non differunt ab ipſis Principiis, niſi fronte & exteriori apparatu: Principia ſimpliciter ponuntur; Poſtulata petuntur; amba tamen paris debent eſſe certitudinis & claritatis: nam iniquum foret, ſi demonſtraturus incerta quædam aut obſcura poſtularet: hoc ipſo corrueret, quod parat, hoc ipſo vis Demonſtrationis elideretur. Cur ergo Poſtulata à Principiis ſejunguntur? Reſpond.

fpond. quia humanitatis eſt, cum jure tuo Principia poſueris, & velut Dictaturam exercueris, aliquid remittere de forma rigoris, non omnia extorquere, aliquid Legenti arbitrandum relinquere, aliquid petere, quod impetrabis.

Poſtulatum 1.

Detur cujumque rei inventæ, nomen imponere quodcumque:

a *Atque nomen illud inter loquendum pro re illa uſurpare.*

COMMENTARIUS.

Nomina nihil ponunt in re, tantum eo fine imponuntur, ut de rebus ipſis ſermonem inſtituere, & cogitationes inter nos facile communicare poſſimus: Hinc ergo nomen quale quale, ſatis bonum eſt; illa tamen ſunt magis oportuna, quæ breviora ſunt & magis obvia: ut quæ inter demonſtrandum petuntur ex literis Alphabeti.

Præcipuè vero Poſtulatum obtinet

net in Individuis, quæ extra humanam ſpeciem nominibus propriis plerumque deſtituuntur; quibus tamen inter demonſtrandum, nomina indere ſolemus, ut dixi, ex literis Alphabeti: dicentes v. g. *ſit Enunciatio A.*: *ſit linea A.B. &c.*: Nominibus autem, quæ ſic indidimus, utimur in tota illa demonſtratione, loco rerum: dicentes v. g. *& A. inferat B.*: item *alia recta ſecet lineam A. B. &c.* Vide Logicam meam part. 1. ſect. 2. cap. 4.

Poſtulatum 2.

Da quidlibet ſupponam.

3. *Dicam eſſe*
4. *Dicam non eſſe*

COMMENTARIVS.

Hæc tria Poſtulata conjunxi propter affinitatem naturæ: Primum continet duo reliqua: Cum enim poſtulo mihi dari, ut quidlibet ſupponam, ſi id impetrem, hoc ipſo ſatis impetravi, ut liceat mihi, quolibet pro-

proposito *dicere quod sit*, item *dicere quod non sit*: Non postulo enim, ut liceat mihi hæc cum veritate dicere (quod, & postulare iniquum, & dare ridiculum foret) sed quomodocumque, seu cum veritate, seu cum falsitate.

Attamen, qui non satis ad naturam Suppositionis animum attendunt, religioni sibi ducunt hisce postulatis annuere: Quid? inquiunt, si supponere velis quælibet absurda, v. g. *Deum non esse*: *Duo & tria, sex esse*, concedemus? Sed hæc iis superstitio injecta est, quod inter *Supponere* & *Asserere* non satis rectè distinguant. Igitur animum huc attendant: Licet impium sit asserere *Deum non esse*; non est tamen impium hoc supponere: non est enim impium hoc negare (pium quippe hoc, & sine tali negatione nulla pietas) atqui hoc negari non potest, nisi supponatur: negare enim est evertere; & oportet aliquid positum esse, si evertendum sit.

sit. Qui igitur negaverit *Deum esse crudelem*, is in ipso actu negationis, seu potius prævie ad illum actum posuit *Deus est crudelis*, atque hoc pie negando evertit: unde in ipso actu negandi expresse Affirmatio illa reperitur (consule quæ dixi cap. 1. in Logica mea) non id valens quidem, quod alibi & seorsim posita valeret, sed saltem supposita.

Supponimus igitur falsa juxta ac Vera, aliquando ut negemus illa, aliquando ut ex illis concludamus aliquid seu per bonam consequentiam inferamus, aliquando ut ab aliis dicta vel scripta referamus: v. g. *Deus non est crudelis: si Deus esset crudelis, nulla mihi spes foret: Quidam suspicantur Deum esse crudelem*: in his omnibus actibus reperitur illa Propositio *Deus est crudelis*: idque ob diversos fines, primum ut negetur: deinde, ut ex ea deducatur aliud: & denique ut referamus & narremus aliorum sensa: Et quidem primus ille ac secundus

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [39] - 25
PUBLIC DOMAIN

finis magis ſpectantur in Logica; & maximè ſecundus : ſolemus enim ideo potiſſimum Propoſitiones aliquas ſupponere, ut videamus quid ex illis ſit conſequens.

Effata Logica.

COMMENTARIVS.

Effata conveniunt cum Principiis in claritate & certitudine; Differunt autem quod Principia claritatem illam ac certitudinem à ſe habeant; Effata autem habeant illam per Principia Definitioneſque, per quas demonſtrantur; Quamvis inter prima illa Effata, quædam reperiantur, quæ vix quidquam differunt à Principiis; hoc ipſo tamen, quo Principia aliqua ac Definitiones, quas ex ſe non ſatis apertè inſinuant, ſe priores ſupponunt, neqnaquam in cenſum Principiorum veniunt.

Quod nos in Logica Effatum, id in Matheſi ſolent vocare *Propoſitionem*; Nos verò nomine Propoſitionis certam

certam partem Demonſtrationis malumus intelligere, ut mox patebit. Porro Mathematici Propoſitionem ſuam ſeu Effatum, diſtinguunt in Theorema & Problema: Quæ docent facere, ea ſe Problemata; quæ merè ſpeculantur, ea ſe Theoremata vocare dictitant; Verius ego eos & clarius explicabo (ne enim id neſcias, inter Theoremata ac Problemata, aliaque id genus aptè diſtinguere, non eſt Mathematicæ, ſed Methodicæ, ſcientiæ poſt Logicam ſecundæ) Problema igitur eſt Propoſitio, quæ continet Potentiam, demonſtratur autem à poſteriori per unum ejus Actum: v. g. *ſuper data recta linea triangulum equilaterum conſtituere*, quod eſt Problema Geometriæ primum apud Euclidem, hunc ſenſum habet, *Poteſt ſuper data, &c. conſtitui triang. æquilat:* Atque illud *Poſſe* per unum Actum demonſtratur, ſeu per unum triangulum æquilaterum, qui ſic conſtitutus ſit; Alioqui hoc, *ſuper data, &c. conſti-*

v. p. 49

tuere, ſecundum ſe non eſt Propoſitio, ſed oratio imperfecta, quæ proinde ſecundum ſe demonſtrari non poteſt. Potentiam verò per unum ſuum Actum abundè demonſtrari, vide ſis in Logica mea, part. ult. ſect. ult. c. 8. Theorema igitur eſt effatum, quod vel non continet Potentiam (ſed merè Actum aliquem) aut ſi contineat, non ſuſcipitur demonſtrandum per Actum iſtius Potentiæ; ſed aliter, v. g. à priori.

Inter Effata etiam, Additamenta reperiuntur, quæ Mathematici *Corollaria* vocant. Additamentum autem eſt effatum, quod ad aliud quoddam Effatum, vel ad ejus Demonſtrationem facile ſequitur, aut in re coincidit cum alio Effato, etiamſi ſenſu & modo ſignificandi differat: ideoque Additamentum ſolet proximè ſubjici illi Effato, ex quo ſic derivatur, ſæpe etiam breviter demonſtrari, omiſſo ſcilicet apparatu illo & formâ, qua cætera Effata Demonſtrantur.

Eorum-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [42] - 28
PUBLIC DOMAIN

Eorumque Demonſtrationes.

COMMENTARIUS.

Demonſtratio Effati alicujus, quatuor complectitur: Suppoſitionem, Propoſitionem, Rationem, & Concluſionem: Suppoſitio complectitur illa præciſe, quæ in Effato non aſſeruntur diſertè, ſed ſupponuntur, atque ea clarè & ſigillatim ob oculos ponit. Propoſitio complectitur illam modò partem Effati, quæ diſertè aſſeritur, quæque præciſè probanda ac demonſtranda eſt: unde Propoſitio eſt nucleus Effati. Ratio continet illam partem præciſè, per quam Effatum demonſtratur, & per quam lucem & certitudinem ſuam recipit: unde Ratio eſt nucleus Demonſtrationis. Tandem Concluſio reproducit Propoſitionem, prout ea ex Ratione ſequitur: Atque eâ legitime poſitâ, Demonſtratio eſt completa: Ita ut ad pompam tantum pertineat (quod Mathematicis in uſu eſt) in-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [43] - 29
PUBLIC DOMAIN

tegrum Effatum repetere in fine Demonstrationis, cum adjecto Emphatico illo, *Quod erat Demonstrandum*: Cum enim Propositio, id præcisè & adæquatè sumat ex Effato, quod Demonstrandum est, hoc ipso quo illa legitimè probata est, totum Effatum jam abundè probatum est.

Admonitio.

Quoniam mox Effata subjiciam, quæ Demonstranda sunt adductis Definitionibus, Principiis, Postulatis, & prioribus Effatis, eorumque Additamentis, hinc necessarium est, quibus id characteribus exsequar, indicare: non enim integris nominibus mihi citantur, ne moles excrescat, & confusionem pariat; sed literulis tantum & Siferis. Igitur *a.* id est *Additamentum*: *b.* id est, *Postulatum*: *c.* id est *Caput*: *d.* id est, *Definitio*: *e.* id est, *Effatum*: *p.*, id est, *Principium*: *p.g.* id est, *Principium Generale*: *p.s.* id est, *Principium speciale*. Apponuntur autem his

his literulis Siferæ: v.g. [a.1.] id est, *Additamentum primum*: [b.2.] id est, *Postulatum secundum*: [c.3.] id est, *Caput tertium*: & ita porro.

Hoc etiam animadverte, cum citando Definitionem, Principium, Effatum, &c. non præpono [c.] characterem denotantem certum Caput, intelligenda est Definitio, Principium, Effatum, &c. præsentis capitis, in quo scilicet Demonstratio versatur: v.g. si Demonstratio proponatur Capite secundo hujus libelli, atque ponantur hi characteres [d.1.] id erit, *Definitio prima præsentis Capitis* seu *Capitis secundi*; si verò, cum versor in secundo Capite, citare velim primam Definitionem Capitis primi, ponam hos characteres, [c.1.d.1.] hi enim juxta jam dicta, significant *Capitis primi Definitionem primam*: Atque ex hoc uno exemplo facile intelliges reliqua similia in aliis Capitibus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [45] - 31
PUBLIC DOMAIN

Effatum 1. quod & Problema.

Enunciationem dare.

Demonstratur.

Suppositio. Sit aliquid. *p. g.* 1. quodcumque tandem, *p. g.* 2. nempe A. *b.* 1. & dicamus A. esse aliquid, *b.* 3. atque dictionem illam, qua hoc sic dixerimus, vocemus B. *b.* 1.

Propositio. Dico B. esse Enunciationem. *b.* 1. *a.*

Ratio. Quia B. dicit esse, *ut patet ex suppositione factâ.*

Conclusio. Ergo B. est Enunciatio, *d.* 1.

Additamentum, quod multa continet Problemata.

Dare Enunciationes multas & sine fine.

Demonstratur.

Quia dantur res multæ & sine fine, *p. g.* 2. ac de qualibet earum possumus dicere, esse hoc vel illud, *b.* 3. erunt omnes

omnes illæ dictiones, totidem Enunciationes, d. 1. & non erunt eædem, sed diversæ istæ Enunciationes, quia, *ex suppositio*, de aliis dicunt, p. f. 3. Igitur dantur Enunciationes sine fine:

COMMENTARIUS.

Demonstrabitur etiam hoc Additamentum, si idem aliquid, puta A. sumptum fuerit, ac de illo alia atq; alia sine fine dicantur: erunt enim etiam istæ dictiones diversæ per prin. spec. 3. Rursum demonstrabitur, si diversæ res de diversis rebus dicantur: Adeo ut Enunciatio tribus modis infinita fit: ex parte subjecti, Prædicati, & utriusque simul.

Effatum 2. quod & Problema.

Verum dare.

Demonst.

Suppositio. Sit aliquid, p. g. 1. quodcumque tandem, p. g. 2. nempe A. b. 1. atque de A. dicamus quod sit A. b. 3. eamque nostram dictionem vocemus B. b. 1.

Propositio. Dico quod B. sit verum, *b. 1. a.*

Ratio. Quia B. dicit esse, *ut patet ex suppositione facta*, & quod dicit esse, etiam est, *p. g. 3.*

Conclusio. Ergo B. est verum, *d. 2.*

Additamentum quod multa continet Problemata.

Dare Vera multa & sine fine.

Demonst.

Quia dantur res multæ & sine fine, *p. g. 2.* & de singulis earum possumus dicere eas hoc esse quod sunt, *b. 3.* hinc toridem exsurgent dictiones veræ, *p. g. 3. & d. 2.* & dictiones illæ non erunt eædem, sed diversæ, *p. f. 3.* Igitur dantur Vera multa & sine fine.

Effatum 3. quod Problema.

Falsum dare.

Demonst.

Suppositio. Sit aliquid, *p. g. 1.*, quodcumque tandem, *p. g. 2.* scilicet A., *b. 1.*

b. 1., & sit aliud aliquod, p. g. 2. nempe B., b. 1. & dicamus A. est B. b. 3., atque eam nostram dictionem vocemus C., b. 1.

Propositio. Dico quod C. sit falsum, b. 1. a.

Ratio. Quia C. dicit esse, *ut patet ex suppositione*, & quod esse dicit, non est, p. g. 4.

Conclusio. Ergo C. est falsum, d. 3.

Effatum 4. quod & Theorema.

Verum est Enunciatio.

Demonst.

Suppositio. Sit verum, e. 2. quodcunque, e. 2. a., nempe A., b. 1.

Propositio. Dico quod A. sit Enuntio, b. 1. a.

Ratio. Quia A. *dicit esse*, quod est, d. 2.

Conclusio. Igitur A. est enunciatio. d. 1. *Nempe cum dicat esse quod est, hoc ipso dicit esse; Quod satis est ad Enunciationem.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [49] - 35
PUBLIC DOMAIN

Effatum 5. quod & Theorema.

Falsum est Enunciatio.

Demonst.

Suppositio. Sit falsum, *e.* 3., nempe A. *b.* 1.

Propositio. Dico quod A. sit Enunciatio, *b.* 1. *a.*

Ratio. Quia A. *dicit esse* quod non est, *d.* 3.

Conclusio. Igitur A. est enunciatio, *d.* 1. *Nempe non potest dicere esse, quod non est, nisi dicat esse, Quod sufficit ad enunciationem.*

Effatum 6. quod & Theorema.

Omnis Enunciatio vera est aut falsa.

Demonst.

Suppositio. Sit enunciatio, *e.* 1., quæcumque, *e.* 1. *a.* nempe A., *b.* 1.

Propositio. Dico quod A. sit vera vel falsa., *b.* 1. *a.*

Ratio. Quia A. est dictio quæ dicit esse, *d.* 1.; hoc autem quod esse dicit,

cit, vel est, vel non est, *p. g. 5.*: & si est, A. est vera, *d. 2.*; & si non est, A. est falsa. *d. 3.*

Conclusio. Ergo A. est vera vel falsa, *p. s. 7.*

Effatum 7. quod & Theorema.

Si Enunciatio quæpiam non fuerit vera, erit falsa.

Demonstr.

Supp. Sit Enunciatio, *e. 1.*, quæcumque, *e. 1. a.* nempe A. *b. 1.* & A non sit vera, *b. 4.*

Prop. Dico quod A. sit falsa. *b. 1. a.*

Rat. Quia A. est vera vel falsa, *e. 6.*; cum ergo A. non sit vera, *juxta suppositionem factam.*

Conc. Igitur A. est falsa, *p. s. 5.*

Effatum 8. quod & Theor.

Si Enunciatio quæpiam non fuerit falsa, erit vera.

Demonst.

Supp. Sit Enunciatio, *e. 1.*, quæcumque

que, *e. 1. a.*, nempe A., *b. 1.*, & A. non sit falsa, *b. 4.*

Prop. Dico quod A. sit vera, *b. 1. a.*

Rat. Quia A. est vera vel falsa, *e. 6.*, cum ergo, *juxta supp.*, A. non sit falsa.

Conc. Igitur A. est vera, *p. s. 5.*

COMMENTARIVS.

Fortassis aliquis cogitet, hæc duo effata, nempe 7. & 8., satis demonstrari per 6. effatum, sine ullo ulteriori adminiculo: & 7. quidem hoc modo posse demonstrari: Si enunciatio aliqua, quæ non est vera, non esset etiam falsa, jam illa enunciatio, nec vera esset, nec falsa; quod est contra 6. effat; & simili pacto demonstraret 8. Effat.; Sed ille reputet secum, nondum esse demonstratum Axioma, quo talis demonstratio nititur: nempe, *Si consequens est falsum, falsum erit & Antecedens*; Et quamvis in Principiis inculcandis & exaggerandis, ego ipse aliquoties usus fuerim isto

Axio-

Axiomate, nempe quotieſcumque per indirectã rationem illa probavi; tamen id in Commentario tantum feci, ubi licebat; non vero in Textu: in quem nihil licet admittere, niſi quod ante datum ſit: Non enim licet in Tractatu ſcientifico, priora ex poſterioribus ſuſpendere; ſed tantùm contra.

Effatum 9. quod & Theor.

Fieri nequit, ut eadem enunciatio, vera ſimul ac falſa ſit.

Demonſt.

Supp. Sit enunciatio, *e. 1.*, quæcumque, *e. i. a.* nempe A. *b. 1.*

Prop. Dico fieri non poſſe, ut A. ſit vera ſimul ac falſa.

Rat. Quia A. eſſe veram, idem eſt, ac id eſſe, quod A. eſſe dicit, *d. 2.*, A. eſſe falſam, idem eſt, ac id non eſſe quod A. eſſe dicit, *d. 3.*; Iam autem fieri nequit, ut id ſit & non ſit *p. g. 6.*

Conc. Ergo fieri nequit, ut A. ſit vera ſimul ac falſa, *p. g. 7.*

Effa-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [53] - 39
PUBLIC DOMAIN

Effatum 10. quod & Theo.

Si Enunciatio quæpiam fuerit vera, non erit falsa.

Demonst.

Supp. Sit enunciatio, *e.* 1. *a.* nempe A. *b.* 1. & A. sit vera, *b.* 3.

Prop. Dico quod A. non sit falsa, *b.* 1. *a.*

Rat. Quia A. non est vera & falsa, *e.* 9. & tamen A. est vera, *juxta supp.*

Concl. Igitur A. non est falsa, *p. s.* 6.

COMMENTARIVS.

Hoc Effatum conversum est Effati 8. Dicuntur autem illa Effata inter se Conversa, quæ consistunt inter eadem extrema inversa, sic scilicet, ut id quod præcedit notam *ergo* in uno Effato, sequatur eandem notã in alio Effato: ut contingit in duobus Effatis propositis, nam Effat. 8. sic ponitur, *Enunciatio* A. *non est falsa, ergo Enunciatio* A. *est vera*, Effatum autem 10 sic ponitur, *Enunciatio* A. *est vera, ergo Enunciatio*

nunciatio A. *non eſt falſa* : Ecce nota *ergo* in duobus illis Effatis conſiſtit inter eadem Extrema, ſed inverſa.

Additamentum continens multa Paoblemata.

Dare Enunciationes falſas multas & ſine fine.

Demonſt.

Quia dantur vera multa & ſine fine, *e.* 2. *a.*, & de ſingulis illis poſſumus dicere quod ſint falſa, *b.* 3., erunt ſingulæ iſtæ noſtræ dictiones enunciationes, *d.* 1. diverſæ, *p.ſ.* 3., falſæ: cum enim noſtræ dictiones dicant illa quę vera ſunt, eſſe falſa, cumque illa non ſint falſa, *e.* 10., erunt noſtræ dictiones falſæ, *d.* 3.

Effatum 11. quod & Theor.

Si Enunciatio quæpiam fuerit falſa, non erit vera.

Demonſt.

Supp. Sit enunciatio, *e.* 1., quæcumque,

que, e. 1. a. nempe A., b. 1. & A. sit falsa. b. 3.

Prop. Dico quod A. non sit vera, b. 1. a.

Rat. Quia A. non est vera & falsa, e. 9., & tamen A. est falsa, *juxta supp.*

Conc. Igitur A. non est vera, p. s. 6.

v. p. 16.

Essatum 12. quod & Theor.

Omnis enunciatio dicit se esse veram.

Demonstr.

Supp. Sit enunciatio e. 1., quæcumque e. 1. a., nempe A., b. 1.

Prop. Dico quod A. dicat se esse veram.

Rat. Quia A. dicit esse, d. 1., & dicit esse quod dicit esse p. s. 2., sed esse id, quod A. esse dicit, est A. esse veram, d. 2.

Concl. Cum igitur A. prius dicat, dicet etiam posterius, p. s. 4. seu A. dicet A., id est, seipsam veram esse.

COMMENTARIVS.

Etiamsi autem omnis enunciatio dicat se esse veram; non tamen omnis enun-

enunciatio est vera, sed dantur infinitæ falsæ enunciationes, ut patet Effa. 10. in Addita. Falsa igitur Enunciatio etiam veram se esse dicit, sed mentitur quasi, quia non est vera, ut patet eff. 11. Hoc effatum 12. demonstravi in Logica mea magis populariter: vide sis part. 2. sect. 1. cap. 1. n. 4.

Effatum 13. quod & Theor.

Enunciatio, si se falsam esse dicit, falsa est.

Demonstr.

Supp. Sit enunciatio, $^{e.1.}$, quæcumque, $^{e.1.a.}$, nempe A. $^{b.1.}$ & A. dicat se esse falsam, $^{b.2.}$

Prop. Dico quod A. sit falsa, $^{b.1.a.}$

Rat. Quia A. dicit se esse veram, $^{e.12.}$, sed A. non est vera & falsa, $^{e.9.}$

Conc. Igitur A. est falsa, $^{d.3.}$ *Nempe dicit se esse veram & falsam; quod non est, ideoque falsa est.*

COMMENTARIVS.

Hinc patet Falsificantes omnes, quibus

quibus se, tamquam abstrusissimis argutiis jactant & fatigant Scholastici, falsas & impossibiles esse: ut *ego loquor falsum*, hoc ipsum nempe dicendo, item *Omnis enunciatio est falsa*, item *Omnis regula patitur exceptionem*, &c. Hæc, inquam, & similia falsa sunt, quia se falsa esse dicunt. Hinc etiam patet discrimen, quod est inter verum se dicere, & inter dicere se esse falsum: nam quæcumque enunciatio falsam se esse dicit, falsa est hoc ipso; sed quæ veram se esse dixerit, non ideo vera est.

Cap. II.

De Antecedente & Consequente.

Principium Generale 1.

Si hoc est, aliquid est.

Commentarius.

Id est, si hoc certum, quod designari potest, sit, necessum est aliquid esse. Principium generale primum

cap.

cap. 1. propositum, satis hoc exhibuit, *Aliquid esse*; hîc non id repetitur; sed necessaria illa sequela ob oculos ponitur, *Si hoc est, aliquid est.*

Principium Generale 2.

Vltra totum, nihil est illius totius.

Definitio 1.

Antecedens est enunciatio, quæ dicit totum id esse, quod esse dicit alia aliqua enunciatio.

Dicitur que alîus illius enunciationis Antecedens esse:

Eamque aliam enunciationem inferre.

COMMENTARIVS.

Sic si enunciatio A. dicat totum id esse, quod esse dicit enunciatio B, eo casu A. erit Antecedens; Item A. erit Antecedens ipsius B; Item A. inferet B.: Hæc enim omnia tantum voce differre censemus; re vero & sensu plenè convenire.

Definitio. 2.

Consequens est enunciatio, cujus totum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [59] - 45
PUBLIC DOMAIN

tum quod esse dicit, esse dicitur ab alia enunciatione,

Diciturque Consequens alîus illius enunciationis:

Atque ex illa alia enunciatione inferri: Itemque ex illa, vel ad illam sequi dicitur.

COMMENTARIVS.

Obiter monendum hîc, *A. est A. vel B.*, non inferre, *A. est B.*: licet eeim posterius hoc in priori illo quodammodo contineatur, prius tamen illud, non dicit posterius hoc esse: nam si dixi quod *A. sit A. vel B.*, non ideo dixi, quod *A. sit B.*, ut per se patet. Consule Logicam meam par. 2. sect. 2. cap. 6.

Principium speciale 1.

Cum hoc dicit illud, tunc posterius dicittur à priori: & cum hoc dicitur ab illo, tunc posterius dicit prius.

COMMENTARIVS.

Sic si A. dicat B., profectò B. dicitur ab A.: Item cum A. dicitur à B.,

B., profecto B. dicit A. Nihil hiſce clarius dici poteſt.

Principium ſpeciale 2:

Cum ſi hoc eſt, neceſſum eſt illud eſſe, tunc dicens quod prius ſit, dicit etiam quod poſterius ſit.

COMMENTARIVS.

Sic ſi A. & B. ita ſe habeant, ut ſi A. ſit, neceſſum ſit etiam B. eſſe, eo caſu dictio quæcumque, quæ dixerit A. eſſe, hoc ipſo etiam dixerit B. eſſe: imo etiam nos ipſi dicentes A. eſſe, abundè hoc ipſo dixerimus B. eſſe. Ratio pendet ex illo Principio jam ante cap. 1. citato: nempe *Dicere ſequitur eſſe*: cum enim in caſu poſito, A. non poſſit eſſe ſine B., etiam dicere quod A. ſit, non poteſt eſſe ſine dicere quod B. ſit; adeoque dicens quod A. ſit, dicet etiam quod B. ſit. Igitur hoc Principium colligatum eſt cum Principiis ſpecialibus 3. & 4. cap. 1.

Poſtu-

Postulatum.

Detur, quodcumque dicendum est, purè dicere, seu sine admixtione alicujus extranei.

COMMENTARIVS.

V. g. dicendum est quod enunciatio aliqua sit vera: detur hoc nudè, hoc solitariè dicere, sine admixtione alicujus eo non pertinentis: Item dicendum est rem aliquam esse, detur hoc purè dicere, &c. Cum autem postulo illa nudè dici, non excludo ea, quæ in ipsis comprehenduntur (non possumus enim dicere, quod res aliqua sit, quin alia simul, quæ in isto dicto comprehenduntur, etiã dicamus) sed postulo tantùm, ut hoc detur dicere, & nihil extranei apponere, aut interponere: Quo nihil æquius postulari potest: quid enim opus est dictis suis aspergere parerga?

Effatum 1. quod & Problema.

Dare Antecedens & Consequens ejus.

De-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [62] - 48
PUBLIC DOMAIN

Demonst. pars prior.

Supp. Sit enunciatio *c. 1. e. i.* quæcumque, *c. 1. e. 1. a.*, nempe A. *c. 1. b. 1.*, & dicamus de A., quod sit vera *c. 1. b. 3.* & dictionem, qua hoc nudè dixerimus, *b.*, vocemus B., *c. 1. b. 1.*

Prop. Dico quod A., sic Antecedens, ipsius B., *c. 1. b. 1. a.*

Rat. Quia A. dicit A. (id est se ipsam) esse veram, *c. 1. c. 12.*, Atqui B. non aliud dicit, quam A. esse veram, *juxta supp.*

Concl. Igitur. A. dicit totum quod dicit B., seu A. est antecedens, ipsius B. *d. 1.*

Demonst. posterior pars.

Supp. præcessit in priori parte.

Prop. Dico jam etiam quod B. sit consequens ipsius A.

Rat. Quia cum A. dicat totum id esse, quod B. esse dicit, *ut priori parte demonstratum est.*

Concl. Necessum est, ut totum, quod dicit B., dicatur ab A. *p. s. 1.*, seu

B. sit consequens ipsius A., d. 2.

Additamentum 1. quod & Theorema.

Omnis enunciatio est Antecedens aliquo respectu.

Demonst.

Comparari enim semper poterit ad aliam enunciationem, quæ hoc tantum dicat quod vera sit; illius autem enunciationis Antecedens erit, ut patet satis ex proximè data demonstratione.

Additamentum 2. quod & Theorema.

Enunciatio, quæ de alia enunciatione hoc solum dixerit, quod vera sit, alius illius enunciationis Consequens est.

Demonstr.

Cum enim alia illa enunciatio se veram esse dicat c. 1. e. 12., consequenter totum quod esse dicit, dicitur ab illa alia enunciatione.

Addi-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [64] - 50
PUBLIC DOMAIN

Additamentum 3. quod & Theorema.

Cum una enunciatio est Antecedens alterius enunciationis, altera est Consequens prioris: & cum una enunciatio est Consequens alterius enunciationis, altera est Antecedens prioris.

Demonstr.

Nam si una enunciatio sit Antecedens alterius, ergo prior dicit totum quod dicit posterior, *d.* 1., adeoque totum quod dicit posterior dicitur à priori *p. s.* 1. & sic posterior est consequens prioris *d.* 2.

Si vero una enunciatio sit Consequens alterius, ergo totum quod dicit prior, dicitur à posterici, *d.* 2. & ita posterior dicit totum quod dicit prior, *p. s.* 1., adeoque posterior est antecedens prioris, *d.* 1.

Additamentum 4. quod & Problema.

Dare quod sequitur ad Consequens.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [65] - 51
PUBLIC DOMAIN

Demonstr.

Cum Consequens sit enunciatio, *d.* 2., etiam erit antecedens alicujus *c.* 1. *a.* 1., igitur illud aliquid erit ejus consequens *c.* 1. *a.* 3., seu sequetur ad consequens *d.* 2.

Effatum 2. quod & Theor.

Enunciatio, quam enunciationem veram esse dixerit, eam infert.

Demonstr.

Supp. Sint enunciationes *c.* 1. *e.* 1. *a.*, nempe A. & B., *c.* 1. *b.* 1., Atque A. dicat B. esse veram, *c.* 1. *b.* 2.

Prop. Dico quod A., inferat B. *c.* 1. *b.* 1. *a.*

Rat. Quia B. esse veram non est aliud, quam id totum esse, quod B. esse dicit, *c.* 1. *d.* 2.

Conc. Igitur A. dicens B. esse veram, etiam dicit id totum esse, quod B. esse dicit, *c.* 1. *p. s.* 4. seu A. infert B., *d.* 1.

Additam., quod & Probl.

Dare ex quo sequitur Antecedens.

De-

Demonstr.

Cum Antecedens sit enunciatio, *d.* 1., dicamus de illo quod sit verum *c.* 1. *b.* 3. hæc dictio erit etiam enunciatio, *c.* 1. *d.* 1. ideoque inferet Antecedens, *e.* 2. seu Antecedens ex illa enunciatione sequetur, *e.* 1. *a.* 3.

Effatum 3. quod & Theor.

Antecedens dicit suum Consequens esse virum.

Demonstr.

Supp. Sit antecedens, *e.* 1., nempe A., *c.* 1. *b.* 1., & consequens ejus, *e.* 1., nempe B., *c.* 1. *b.* 1.

Prop. Dico quod A. dicat B. esse verum, *c.* 1. *b.* 1. *a*.

Rat. Quia A. dicit totum esse, quod B. dicit esse, *d.* 1., sed hoc totum esse, quod B. esse dicit, non est aliud quam B. esse verum, *c.* 1. *d.* 2.

Conc. Ergo A. dicit B. esse verum, *c.* 1. *p. f.* 4.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [67] - 53
PUBLIC DOMAIN

Commentarius.

Hoc tertium effatum est Conversum secundi : sic enim in effectu ponitur tertium effatum, *A. est antecedens ad B., ergo A. dicit B. esse verum*, quod sic invertitur, *A. dicit B. esse verum, ergo A. est antecedens ad B.*, ubi in effectu ponitur 2. effatum.

Effatum 4. quod & Theor.

Si Antecedens sit verum, Consequens etiam debet esse verum.

Demonstr.

Supp. Sit Antecedens, *c. 1.*, nempe A., *c. 1. b. 1.*, & consequens ejus, *c. 1.*, nempe B., *c. 1. b. 1.*, & A. sit verum, *c. 1. b. 3.*

Prop. Dico quod etiam B. debeat esse verum, *c. 1. b. 1. a.*

Rat. Quia ut A. sit verum, debet totum id esse, quod A. esse dicit, *c. 1. d. 2.*

Concl. Ergo B. debet esse verum, *c. 3. Nempe A. dicit B. esse verum, igitur ut A. sit verum, debet etiam B. esse verum:*

rum: A. enim non est verum, nisi totum id sit, quod esse dicit.

Additamentum quod & Theo.

Dicens quod Antecedens sit verum, dicit etiam Consequens esse verum.

Demonstr.

Quia si Antecedens sit verum, etiam Consequens est verum, *e.* 4. ergo dicens quod Antecedens sit verum, etiam dicit quod Consequens sit verum, *p. s.* 2.

Effatum 5. quod & Theor.

Ex quo sequitur Antecedens, ex eo sequitur & Consequens.

Demonstr.

Supp. Sit Antecedens, *e.* 1. A. *c.* 1. *b.* 1. & consequens, ejus *e.* 1. B. *c.* 1. *b.* 1., & A. sequatur ex aliquo, *e.* 2. *a.*, nempe ex C. *c.* 1. *b.* 1.

Prop. Dico B. etiam sequi ex C., *c.* 1. *b.* 1. *a.* (oportet autem præmittere; quod C. sit antecedens ipsius A.: cum enim A sequatur ad C. *juxta supp.* seu

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [69] - 55
PUBLIC DOMAIN

A. sit consequens ipsius C. *d. 2.*, hinc C. est antecedens ipsius A., *e. 1. a. 3.*)

Rat. Quia C. dicit A. esse verum, *e. 3.* adeoque & B. esse verum. *e. 4. a.*

Concl. Ergo C. est antecedens ipsius B. *e. 2.*, seu B. sequitur ex C., *e. 1. a. 3.*

Additamentum quod & Theo.

Quod sequitur ad Consequens, sequitur ad Antecedens.

Demonstr.

Supp. Sit antecedens, *e. 1.*, A., *c. 1. b. 1.*, & consequens ejus, *e. 1.* B., *c. 1. b. 1.*, atque C. sequatur ad B., *e. 1. a. 2.*

Prop. Dico quod C. etiam sequatur ad A., *c. 1. b. 1. a.*

Rat. Quia enim C. sequitur ad B., hinc B. est antecedens, & C. est ejus consequens, *e. 1. a. 3.*, Quia vero & A. est antecedens ipsius B., *juxta supp.*, hinc B. sequitur ex A., *e. 1. a. 3.* Igitur cum ex A. sequatur antecedens B., *ut demonstratum est.*

Concl. Etiam ex A. sequetur (consequens) C. *e. 5.*

COM-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [70] - 56
PUBLIC DOMAIN

COMMENTARIVS.

Hoc Additamentum idem est in re cum Effato principali: tantùm enim differt sensu & modo quodam ac ordine significandi: suppositis tantum aliis nominibus, quæ per legitimam demonstrationem supponere licuit, mutatum est quintum effatum in hocce Additamentum: Unde & liberum erat Additamentum pro Principali ponere, atque tunc Principale fuisset Accessorium,

Effatum 6. quod & Theo.

Si enunciatione aliquâ existente verâ, necessum fuerit aliam aliquam enunciationem esse veram, prior inferet posteriorem.

Demonstr.

Supp. Sint enunciationes, *c. 1. e. 1. a.*, A. & B., *c. 1. b. 1.*, atque A. existente verâ, necessum sit B. esse veram, *c. 1. b. 2.*

Prop. Dico quod A. inferat B. *c. 1. b. 1. a.*

Rat. Dicamus enim de A. quod sit vera, *c.* 1 *b.* 3., atque dictionem qua hoc nudè dixerimus, *b.*, vocemus C., *c.* 1. *b.* 1., Hoc posito C. dicet B. esse veram, *p. s.* 2., igitur C. infert. B., *e.* 2., seu C. erit antecedens, *d.* 1., & B. ejus consequens, *e.* 1. *a.* 3., sed hoc antececens C. sequitur ex A., *e.* 1. *a.* 2.

Concl. Ergo etiam (consequens ejus) B. sequetur ex A., *e.* 5.

COMMENTARIUS.

Effatum 4. pro ut Demonstrationi subjicitur, & hoc effatum 6., sunt inter se Conversa : nam effatum 4. sic subjicitur Demonstrationi : *Si A. sit Antecedens & B. Consequens ejus, ergo A. existente vero, B. debet esse verum,* quod sic convertitur, *Si A. existente vero, B. debent esse verum, ergo A. erit Antecedens & B. Consequens ejus :* ubi in effectu redditur hoc sextum effatum. Dixi autem quod effatum 4., pro ut Demonstrationi subjicitur, convertatur cum hoc sexto : quia 4. Effa-

4. Effatum, ſecundum ſe conſideratum, habet aliud Converſum: ſic enim ſecundum ſe ponitur 4. Effatum: *ſi Antecedens ſit verum, etiam Conſequens erit verum*, quod ſic convertitur, *ſi Conſequens eſt verum, verum erit & Antecedens*: quod Converſum eſt falſum, ut patebit infra ex effato. 10. Ex quo hoc liquet dignũ notatu, quod effatũ, ſecundum ſe ſpectatum, & idem effatum, pro ut demonſtrationi ſubjicitur, poſſit habere aliud atque aliud Converſum: Quibus & tertium Converſum addo, quod voco *Soritice Converſum.* De quo dicam infra cap. 3.

Effatum 7. quod & Theor.

Fieri nequit, ut Antecedens ſit verum, & Conſequens ejus falſum.

Demonſtr.

Supp. Sit Antecedens, *e.* 1., A., *c.* 1. *b.* 1., & conſequens ejus, *e.* 1., B., *c.* 1. *b.* 1., & A. ſit verum, *c.* 1. *b.* 2.

Prop. Dico eo poſito fieri non poſſe, ut B. ſit falſum, *e.* 1. *b.* 1. *a.*

Rat. Quia eo posito, B. erit verum, c. 4. & si B. sit verum, B. non erit falsum, c. 1. c. 10.

Concl. Igitur eo posito fieri nequit, ut B. sit falsum c. 1. p. g. 6.

Effatum 8. quod & Theo.

Si Consequens sit falsum, falsum erit & Antecedens.

Demonst.

Supp. Sit antecedens, c. 1., A. c. 1. b. 1. & consequens ejus, c. 1., B. c. 1. b. 1., & B. sit falsum, c. 1. b. 2.

Prop. Dico A. esse falsum, c. 1. b. 1. a.

Rat. Quia non potest utrumque fieri, nempe, ut A. sit verum & B. falsum, c. 7., & tamen unum istorum est, nempe B. est falsum, *juxta supp.*, igitur alterum istorum non est, nempe A. non est verum, c. 1. p. s. 6., Sed A. est enunciatio d. 1.

Concl. Ergo A. est falsum, c. 1. c. 7.

Effatum 9. quod & Theor.

Cum, si hoc est, necessum est illud esse,

tum

tum dictio, quæ prius esse dixerit, erit Antecedens; dictio vero, quæ nudè posterius esse dixerit, erit Consequens ejus.

Demonst.

Supp. Sint multa aliqua, *c. 1. p. g. 2.*, nempe A. & B., *c. 1. b. 1.* atque ita se habeant A. & B., ut si A. sit, necessum sit B. esse, *c. 1. b. 2.*, Dicamus etiam quod A. sit, *c. 1. b. 3.*, atque dictionem qua hoc dixerimus vocemus B., *c. 1. b. 1.*, Dicamus insuper quod B. sit, *c. 1. b. 3.*, atque dictionem, qua hoc nudè dixerimus, *b.*, vocemus, D.. *c. 1. b. 1.*

Prop. Dico quod C. sit antecedens, & B. consequens ejus, *c. 1. b. 1.*

Rat. Quia C. dicit B. esse, *p. s. 2.*, Atqui D. non aliud dicit, quam B. esse, *juxta supp.*

Concl. Ergo C. dicit totum quod dicit D. (sunt verò C. & D. etiam enunciationes, quia dicunt esse, *juxta supp.*) seu C. est antecedens, & B. consequens ejus, *d. 1. & c. 1. a. 3.*

Addi-

Additamentum 1. quod & Theorema.

Cum si hoc est, necessum est illud esse, tum prius esse, est dictum Antecedentis, & posterius esse, est dictum Consequentis.

Demonstr.

Nimirum dictio, quæ prius esse diceret, illa esset Antecedens; dictio vero, quæ posterius nudè esse diceret, illa esset Consequens, *e. 9.* Igitur prius esse, est dictum Antecedentis, & posterius esse, est dictum Consequentis, *p. s. 2.*

Additamentum 2. quod & Theorema.

Cum, si hoc est, necessum est illud esse, tunc prius esse, quodammodo est Antecedens, & posterius esse, Consequens est.

Demonstr.

Nimirum prius esse, est Antecedens, gratiâ dictionis, qua esse dicitur, & posterius esse est Consequens gratiâ

gratiâ ſimilis dictionis, *e.9.* Dictiones enim inter loquendum ponuntur pro ipſis rebus, *c.1.b.1.a.*, & ſic quodammodo res cum dictionibus confundere licet.

COMMENTARIUS.

Hoc Additamentum poſui merè ad conciliandam facilitatem ſequentibus Demonſtrationibus: ne ſcilicet per ambages facere compellamur, quod breviori viâ expedire conceditur: v. g. poſitum ſit, *ſi A. eſt, B. eſt*, ſtatim jam poterimus dicere *A. eſſe* eſt antecedens, & *B. eſſe* eſt conſequens; ubi alioqui circumeundum fuiſſet, & dicendum: Dictio, qua A. dicitur eſſe, eſt antecedens, & dictio, qua nudè B. dicitur eſſe, eſt ejus conſequens.

Effatum 10. quod & Probl.

Dare Antecedens falſum, Conſequente vero.

Demonſtr.

Supp. Sit falſum, *c.1.e.3.*, quodcumque

cumque, c. 1. e. 10. a., nempe A., c. 1. b. 1., & dicamus aliquid verum esse, c. 1. b. 3. & dictionem illam, qua hoc nude dixerimus, b., vocemus B., c. 1. b. 3.

Prop. Dico quod A. inferat B., c. 1. b. 1. a. (oportet autem præmittere quod A. sit falsum, *juxta supp.*; & B. sit verum: nam B. dicit esse *juxta supp.*, & quod esse dicit, etiam est, c. 1. e. 2., igitur B. est verum c. 1. d. 2.)

Rat. Quia A. est enunciatio, c. 1. e. 5., igitur A. dicit se esse veram, c. 1. e. 12., sed si A. est vera, aliquid verum est, p. g. 2., Igitur A. dicit aliquid esse verum, p. s. 2.; sed B. nihil aliud dicit, quam aliquid esse verum, *juxta supp.*

Concl. Igitur A. dicit totum, quod dicit B. seu A. infert B., d. 1.

Additamentum 1.

Omne falsum infert aliquid veri.

Nempe omne falsum infert illam enunciationem, *Aliquid veri est*, quæ est vera.

Addi-

Additamentum 2.

Omne falsum, aliqua sui parte verum est.

Nempe ea parte, qua continet Conclusionem veram.

Effatum 11. & quod Theo.

Consequens nihil esse dicit ultra quam esse dicat Antecedens.

Demonst.

Supp. Sit Antecedens, *e.* 1. A., *c.* 1. *b.* 1., & consequens ejus, *e.* 1., B., *c.* 1. *b.* 1.

Prop. Dico quod B. non dicat aliquid esse, ultra ea, quæ A. esse dicit, *c.* 1. *b.* 1. *a.*

Rat. Quia A. dicit totum esse quod B. esse dicit, *d.* 1.

Concl. Igitur B. nihil ultra esse dicit, *p g.* 1.

CAP.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [79] - 65
PUBLIC DOMAIN

Cap. III.

De Negante & Negato.

Principium Generale 1.

Cvm hoc est, hoc vel illud est. Id est positis duobus aliquibus, puta A., B., si hoc sit, puta A., necessum erit, ut A. vel B. sit hoc ipso.

Principium Generale 2.

Quando duo quæpiam sic se habent, ut si unum eorum est, necesse sit alterum eorum non esse, tunc illa duo non possunt simul esse. Quotiescunque enim unum eorum erit, toties alterum non erit; nunquam ergo fiet, ut sint simul.

Definitio 1.

Negans est dictio, quæ dicit non esse, quod enunciatio quæpiam esse dixerit.

Dicitur que negare illam aliam enunciationem: Ut si dictum fuerit, A. est B., atque deinceps dicatur, A. non est B, hæc altera dictio erit Negans, & prio-

& priorem illam dictionem negare censebitur.

Definitio 2.

Negatum est enunciatio, quæ id esse dicit, quod alia quædam dictio dixerit non esse.

Definitio 3.

Et si quidem dictio nudè negaverit (nihil scilicet admiscendo, quod in negatione illa non comprehendatur) Contradictio vocabitur.

Atque Enunciationi illi, quam negat contradicere censebitur.

COMMENTARIVS.

In Logica mea part. 2. sect. 1. cap. 12., ubi egi de Enunciatione Negativa seu Negante, restrinxi eam ad Contradictionem: non enim aliam ibi agnovi Negativam, quam Contradictoriam: & certum est eam duntaxat propriè & præcisè negare: nam Contraria negat pro ea tantum parte, qua Contradictionem amplectitur:

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [81] - 67
PUBLIC DOMAIN

tur: In Contraria enim latet Contradictio, & aliquid ultra; quod ultra est, ad Negantem non pertinet.

Hic latius sumpsi *Negans*, ut etiam Antecedens Negantis, adeoque Contraria negare dicatur: sumpsi autem ita latè, quia id oportunum visum est, Demonstrationibus, quas instituo, pertexendis: Quid juris sit Definienti, jam pridem dixi (cap. 1. in Commentario circa Definitiones) Hoc utor. Non tamen eo usque late sumo *Negans*, ut etiam Subcontrariam admittam intra ejus fines (sicut eam tam latè sumit vulgus Logicorum) etiamsi enim Contradictoria neget suam Contradictoriam, & Contraria (licet non tam præcisè) suam Contrariam; Subcontraria tamen non perinde negat suam Subcontrariam: v. g. hanc *omnis homo est albus*, negat ista, *non omnis homo est albus* negat & hæc *nullus homo est albus*, licet non tam adæquatè; sed illa, *aliquis homo non est albus*, non proprie negat istam, *aliquis homo*

homo est albus, uptote quam secum veram esse sinit.

Principium speciale 1:

Cum non esse hoc, est esse illud, tum dicens quod non sit prius, dicit quod sit posterius: Item cum esse hoc, est non esse illud, tum dicens quod sit prius, dicit etiam quod non sit posterius.

COMMENTARIVS.

Duo Principia quæ hic copulantur, non differunt in re a Principio speciali 4. cap. 1.; præsertim cum esse, & non esse, nom differant, nisi modo significandi, ut mox patebit, Eff. 2. in Additamento, ubi demonstrabimus, quod Negans etiam sit Enunciatio, & dicat esse, tam bene quam quævis Enunciatio, imo quod quævis Enunciatio sit Negans, quod etiam infra demonstro. Igitur hæc Principia etiam fundantur in illo, *Dicere sequitur esse.*

Principium speciale 2.

Cum aliqua fuerint prorsus eadem, tum

tum undè ſeu tantum unum eorum dicere, eſtetiam nude & tantum dicere alterum eorum.

COMMENTARIVS.

Hoc Principium ſatis comprehendi videtur ſub Principio ſpeciali ſeptimo cap. 1.; operæ pretium tamen duximus, ipſum inde extrahere & ſeorſim exhibere, quo facilitati & claritati Demonſtrationum melius proſpectum ſit.

Principium ſpeciale 3.

Cum neceſſum eſt hoc vel illud eſſe; & ſi hoc ſit, tertium aliquod eſſe debeat, & ſi illud ſit, idem tertium eſſe debeat: illud tertium eſſe, neceſſum erit.

COMMENTARIUS.

V. g. neceſſum ſit A. vel B. eſſe: & ſi quidem B. ſit, neceſſum ſit C. eſſe; itemque ſi A. ſit, neceſſum ſit C. eſſe, profectò neceſſum erit C. eſſe: Quia tota illa neceſſitas, quæ duobus illis diſiunctim adhærebat, in

in hoc tertium quodammodo transfunditur. Hoc Principium habet maximam analogiam cum Principio ſpeciali 7. cap. I. imo ferme idem eſt cum illo.

Effatum 1. quod & Problema.

Propoſitam quamcumque Enunciationem negare.

Demonſt.

Supp. Sit Enunciatio, *c. 1. e. 1.*, quæcumque, *c. 1. e. 1. a.*, nempe A. *c. 1. b. 1.*, Cumque A. dicat eſſe, *c. 1. d. 1.* dicamus non eſſe, quod A. eſſe dixerit, *c. 1. b. 4.*, atque dictonem qua hoc dexerimus, vocemus B., *c. 1. b. 1.*

Prop. Dico quod B. ſit Negans ipſius A. *c. 1. b. 1. a.*

Rat. Quia B. dicit non eſſe, quod A. eſſe dixerat, *juxta ſupp.*

Conc. Ergo B. eſt negans ipſius A. *d. 1.*

Effatum 2. quod & Theorema

Negans dicit Negatum eſſe falſum.

De-

Demonst.

Supp. Sit negans A., & negatum ejus B., *e. i.*

Prop. Dico quod A. dicat B. esse falsum, *c. 1. b. 1. a.*

Rat. Quia A. dicit non esse, quod B. esse dicit, *d. 1.*, sed non esse, quod B. esse dicit, est B. esse falsum, *c. 1. d. 3.*

Concl. Ergo. A. dicit B. esse falsum, *p. s. 1.*

Additamentum quod & Theo.

Negans est Enunciatio.

Demonst.

Negans enim est dictio, *d. 1.* & dicit esse, nempe Negatum suum esse falsum, *e. 2.*, igitur Negans est Enunciatio. *c. 1. d. 1.*

Effatum 3. quod & Theo.

Si Negans est verum Negatum est falsum,

Demonst.

Supp. Sit negans A., & negatum ejus

ejus B., c. 1., atque A. sit verum, c. 1. b. 2.

Prop. Dico eo posito, B. falsum esse debere, c. 1. b. 1. a.

Rat. Quia A. dicit B. esse falsum, e. 2.

Concl. Ergo posito quod A. sit verum, B. debet esse falsum, c. 1. d. 2. *Nempe, ut A. sit verum, debet totum id esse, quod esse dicit; cum igitur A. dicat B. esse falsum, si A. sit verum, B. debebit esse falsum.*

Effatum 4. quod & Theor.

Enunciatio, quæ aliam aliquam enunciationem falsam esse dixerit, eam negat.

Demonstr.

Supp. Sint enunciationes A. & B., c. 1. e. 1. a., Atque A. dicat B. esse falsam, c. 1. b. 2.

Propos. Dico quod A. neget B., c. 1. b. 1. a.

Rat. Nam B. esse falsam, non est aliud, quam id non esse, quod B. esse dixerit, c. 1. d. 3. Igitur cum A. prius dicat, *juxta supp.*, etiam dicet posterius, p. s. 1.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [87] - 73
PUBLIC DOMAIN

COMMENTARIVS.

Hoc est Conversum effati 2. Igitur si enunciatio neget aliam enunciationem, dicit illam esse falsam, & si enunciatio aliam enunciationem falsum esse dixerit, etiam illam negat: ita ut hæc coincidant, & idem sint, *Negare & dicere quod sit falsum.*

Effatum 5. quod & Theor.

Si Negatum sit verum, Negans erit falsum.

Demonstr.

Supp. Sit Negans A., & negatum ejus B., *e.* 1., atque B sit verum *c.* 1. *b.* 2.

Prop. Dico quod eo posito, A. sit falsum. *c.* 1. *b.* 1. *a.*

Rat. Quia si B. sit verum, B. non est falsum, *c.* 1. *e.* 10., sed A. dicit B. esse falsum, *e.* 2.

Concl. Ergo A. dicit esse quod non est, seu A. est falsum, *c.* 1. *d.* 3.

Effatum 6. quod & Theor.

Si enunciatione aliqua existente vera, necessum sit aliquam aliam enunciationem esse

esse falsam, prior enunciatio negabit posteriorem.

Demonstr.

Supp. Sint enunciationes A. & B., *c. 1. e. 1. a.* & A. existente vera, necessum sit B. esse falsam, *c. 1. b. 2.*

Prop. Dico quod A. neget B. *c. 1. b. 1. a.*

Rat. Quia dicens quod A. sit vera, dicit quod B. sit falsa, *c. 2. p. s. 2.* sed A. dicit se esse veram, *c. 1. e. 12.*

Concl. Ergo A. dicit B. esse falsam, id est A. negat B., *c. 4.*

COMMENTARIVS.

Est hoc Conversum effati 3. Non simpliciter quidem, sed quatenus effatum 3. subjicitur Demonstrationi: sic enim eff. 3. subjicitur demonstrationi, *A. negat B.*; *ergo A. vero, B. debet esse falsum*, quod ita convertitur, *A. vero, B debet esse falsum, ergo A. negat B.*, ubi in effectu vides effatum 6. Non licet autem effatum 3. simpliciter convertere, nempe hoc modo, *si Negatum sit falsum, Negans erit verum:*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [89] - 75
PUBLIC DOMAIN

nam hoc effatum est falsum, ut patebit infra circa effatum 10.

Effatum 7. quod & Theor.

Negatum, vicissim negat.

Demonstr.

Supp. Sit negans A., & negatum ejus B., *e.* 1.

Prop. Dico quod B. etiam neget A. *c.* 1. *b.* 1. *a.*

Rat. Quia si B. sit verum, A. erit falsum, *e.* 5. sed cum B. sit enunciatio, *d.* 2., B. dicit se esse veram, *c.* 1. *e.* 12., ergo B. dicit A. esse falsam, *c.* 2. *p. s.* 2.

Concl. Seu B. negat A. *e.* 4.

Effatum 8. quod & Theo.

Omnis Enunciatio negat.

Demonst.

Supp. Sit enunciatio, *c.* 1. *e.* 1., quæcumque, *c.* 1. *e.* 1. *a.*, nempe A. *c.* 1. *b.* 1.

Prop. Dico quod A. neget, *c.* 1. *b.* 1. *a.*

Rat. Quia A. est negarum, *e.* 1.

Conc. Ergo A. negat, *e.* 7.

COMMENTARIVS.

Vulgus Logicorum, fronte rerum & ex-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [90] - 76
PUBLIC DOMAIN

& exteriori apparatu abreptum, alias Enunciationes affirmare, alias negare conſtituunt : & ita eſt, cum tantùm ſpectas illam exteriorem formam : unde peritiores inter eos dicunt, alias enunciationes formaliter affirmare, alias formaliter negare : Penetrando enim rem, & intima non minus quam extima diſcutiendo, videbimus omnem Enunciationem, & affirmare pariter, & negare : nam ſe affirmat quævis Enunciatio, & negat ſuam Contradictoriam.

Effatum 9. quod & Theo.

Quod negat Conſequens, negat & Antecedens.

Demonſt.

Supp. Sit antecedens A., & conſequens ejus B., *c.* 2. *e.* 1. & negemus B. *c.* 1. Atque negans illud ſeu illam noſtram dictionem qua B. negaverimus, vocemus C. *c.* 1. *b.* 1.

Prop. Dico quod C. etiam neget A., *c.* 1. *b.* 1. *a.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [91] - 77
PUBLIC DOMAIN

Rat. Quia si B. est falsum, A. etiam est falsum, *c. 2. e. 8.*, sed C. dicit B. esse falsum, *e. 2.*, ergo C. etiam dicit A. esse falsum, *c. 2. p. f. 2.*

Concl. Adeoque C. negat A. *e. 4.*

Effat. 10. quod & Problema.

Dare Negans & Negatum ejus, simul falsa.

Demonst.

Supp. Sit antecedens A. falsum, & consequens ejus B. verum, *c. 2. e. 10.* & negemus B., *e. 1.*, & negans, id est dictionem nostram qua negaverimus B., vocemus C., *c. 1. b. 1.*

Prop. Dico quod C. & A. sint negans & negatum simul falsa *c. 1. b. 1 a.*

Rat. Quia imprimis A. est falsum, *per comstructionem*, C. vero est falsum, quia negat B. verum, *e. 5.* Deinde C. negat A., quia negat consequens ipsius A., *e. 9.*

Conc. Igitur C. & A. sunt negans & negatum ejus simul falsa, ut patet: quia utrumque demonstratum est.

Effa-

Effatum 11. quod & Theo.

Negans & Negatum ejus non possunt esse simul vera.

Demonst.

Supp. Sit negans A., & ejus negatum B., *e.* 1.

Prop. Dico fieri non posse, ut A. & B. sint simul vera, *c.* 1. *b.* 1. *a.*

Rat. Quia si A. est verum, B est falsum, *e.* 3. cumque B. sit enunciatio, *d.* 2., si B. est falsum, B. non est verum, *c.* 1. *e.* 11.

Concl. Ergo fieri nequit, ut A. & B. sint simul vera, *p. g.* 2.

Effatum 12. quod & Probl.

Cuicumque enunciationi propositæ contradicere.

Demonstr.

Supp. Sit enunciatio, *c.* 1. *e.* 1., quæcumque, *c.* 1. *e.* 1. *a.*, nempe A., *c.* 1. *b.* 1. & de A. dicamus quod sit falsa, *c.* 1. *b.* 3., atque dictionem nostram, qua hoc

nudè dixerimus, c. 2. b., vocemus B., c. 1. b. 1.

Prop. Dico quod B sit contradictio ipsius A., c. 1. b. 1. a.

Rat. Quia A. esse falsam, & non esse quod A. esse dicit, prorsus eadem sunt, c. 1. d. 3., Igitur cum B. prius nudè dicat, *juxta supp.*, etiam nudè dicet posterius, p. s. 2. seu B. nudè negabit A., d. 1.

Concl. Id est B. contradicet ipsi A. d. 3.

Additamentum quod & Theo.

Si enunciatio quæpiam de alia aliqua enunciatione hoc tantum dixerit, quod sit falsa, prior erit Contradictio posterioris.

Demonstr.

Clarissimè sequitur ex præcedenti demonstratione, quinimo eâdem demonstratione hoc Theorema demonstrandum est, qua demonstratum est illud Problema.

Effatum 13. quod & Theor.

Contradictio nihil aliud dicit, quam eam,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [94] - 80
PUBLIC DOMAIN

eam, cui contradicit, esse falsam.

Demonstr.

Supp. Sit enunciatio, c. 1. e. 1., quæcumque, c. 1. e. 1. a., nempe A., c. 1. b. 1. & ipsi A. contradicamus, c. 12., eamque contradictionem vocemus B., c. 1. b. 1.

Prop. Dico quod B. nihil aliud seu hoc nudè dicat, quod A. sit falsa c. 1. b. 1. a.

Rat. Quia B. nudè negat A., d. 3. seu nude dicit non esse, quod A. esse dixerit, d. 1., sed non esse quod A. esse dicit, & A esse falsam, prorsus eadem sunt, c. 1. d. 3., cum igitur B. nudè dicat prius, d. 3. etiam nudè dicet posterius, p. s. 2.

Concl. Id est B. nudè dicet A. esse falsam.

Effatum 14. quod & Theo.

Si Contradictio sit falsa, ea, cui contradicit, est vera.

Demonstr.

Supp. Sit enunciatio, c. 1. e. 1. quæ-

cumque, c. 1. e. 1. a., nempe A., c. 1. b. 1. & sit contradictio ipsius A., e. 12., nempe B., c. 1. b. 1., & B. sit falsa, e. 1. b. 2.

Prop. Dico quod eo posito, A. sit vera, c. 1. b. 1. a.

Rat. Quia si B. sit falsa, debet ergo non esse, quod B. esse dicit, c. 1. d. 3., sed B. nihil aliud dicit, quam A. esse falsam, e. 13., igitur A. non erit falsa, *ut patet.*

Concl. Igitur A. erit vera, c. 1. e. 8.

COMMENTARIVS.

Hoc igitur Contradictio superat Negationem, quod Contradictione falsâ, debeat ea cui contradicit, esse vera, ut perhibet hoc effatum; cum tamen Negatione falsâ, non debeat ea quam negat, esse vera, ut patet ex effato 10. Hoc vero cum Negationibus, tum Contradictionibus omnibus commune est, quod cum Negata sua nequeant esse simul veræ, ut patet ex effato 11. Contradictio enim est species quædam Negationis.

Effa-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [96] - 82
PUBLIC DOMAIN

Effatum 15 quod & Theo.

Contradictio, & ea, cui contradicit non possunt esse simul falsæ.

Demonst.

Supp. Sit enunciatio, c. 1. e. 1., quæcumque, c. 1. e. 1. a., nempe A., c. 1. b. 1. sit etiam contradictio ipsius A., e. 12., nempe B., c. 1. b. 1.

Prop. Dico quod A. & B non possint esse simul falsæ, c. 1. b. 1. a.

Rat. Quia si B. sit falsa, A. erit vera, e. 14., si A. sit vera, A. non erit falsa, c. 1. e. 10.

Concl. Ergo A. & B. non possunt esse simul falsæ, p. g. 2.

Effatum 16. quod & Theor.

Si ea, cui contradicitur est falsa, Contradictio ipsa est vera.

Demonstr.

Supp. Sit enunciatio, c. 1. e. 1., quæcumque, c. 1. e. 1. a., nempe A. c. 1. b. 1. Atque A. sit falsa, c. 1. b. 2., sit vero

etiam contradictio ipsius A., c. 12. nempe B. c. 1. b. 1.

Prop. Dico quod B. sit vera, c. 1. b. 1. a.

Rat. Quia cum non possit utrumque hoc fieri, nempe ut A. sit falsa & B. sit falsa, c. 15., & tamen alterum sit, nempe A. sit falsa, *juxta supp.*, oportet ut alterum non sit, seu ut B. non sit falsa, c. 1. p. f. 6., si verò B. non sit falsa, cum sit enunciatio, c. 2. a.

Concl. Ergo B. est vera, c. 1. e. 8.

Effatum 17. quod & Theor.

Si Negato Falso, Negans debeat esse verum, Negans contradicet Negato.

Demonstr.

Supp. Sit enunciatio, c. 1. e. 2., quæcumque, c. 1. e. 1. a., nempe A., c. 1. b. 1. sit etiam negans ipsius A., c. 1., nempe B., c. 1. b. 1., Atque A. ita se habeat ad B., ut si A. sit falsa, B. debeat esse verum, c. 1. b. 2.

Prop. Dico quod B. contradicat ipsi A., c. 1. b. 1. a.

Rat. Quia B. dicit A. esse falsam,

c. 2

c. 2., & quia, si A. est falsa, B. debet esse verum, *juxta supp.*, hinc A esse falsam, est antecedens, & B. esse verum, est consequens, c. 2. e. 9. a. 2. Hoc antecedens vocetur C., & consequens vocetur D., c. 1. b. 1., Igitur D. nihil dicit ultra quam dicat C., c. 2. e. 11. sed D. est antecedens ad B., c. 2. e. 2. seu B. est consequens ipsius D., c. 2. e. 1. a. 3., ergo B. est etiam consequens ipsius C., c. 2. e. 5. a., Igitur B. etiam nihil dicit ultra quam dicat C., c. 2. e. 11., id est nihil ultra, quam A. esse falsam (hoc enim est C., c. 1. b. 1.)

Concl. Igitur B. dicit A. esse falsam & nihil ultra dicit (utrumque demonstratum est) id est B. nudè negat A. seu B. contradicit ipsi A., d. 3.

Effatum 18 quod & Theor.

Ea, cui contradicitur, vicissim contradicit.

Demonstr.

Supp. Sit enunciatio, c. 1. e. 1., quæcumque, c. 1. e. 1. a., nempe A., c. 1. b. 1. & sit

& sit contradictio ipsius A., e. 12., nempe B., c. 1. b. 1.

Prop. Dico quod A. contradicat ipsi B. c. 1. b. 1. a.

Rat. Quia B. negat A., d. 3., Igitur A. vicissim negat B., e. 7., & si B. sit falsa, A. debet esse vera, e. 14., Igitur A. est negans, & B. negatum ejus, *ut demonstravi*, & hoc negato falso, negans debet esse verum, *ut etiam demonstravi.*

Concl. Ergo A. contradicit ipsi B., e. 17.

Effatum 19. quod & Theor.

Ex Contradictione Consequentis sequitur Contradictio Antecedentis.

Demonstr.

Supp. Sit antecedens, & ejus consequens, c. 2 e. 1., antecedens quidem A. & consequens ejus B., c. 1. b. 1., Utrique etiam apponatur sua contradictio, e. 12., ipsi A. apponatur contradictio sua C., & ipsi B. apponatur contradictio sua D., c. 1. b. 1.

Prop.

Prop. Dico quod D. inferat C., *c. 1. b. 1. a.*

Rat. Quia si B. sit falsum, A. etiam erit falsum, *c. 2. e. 8.*, Igitur B. esse falsum, est dictum antecedentis, & A. esse falsum est dictum consequentis, *c. 2. e. 9. a. 1.*, sed D. nihil aliud dicit, quam B. esse falsum, & C. nihil aliud dicit, quam A. esse falsum, *e. 13.*

Conl. Igitur D. est antecedens, & C. ejus consequens, *c. 2. p. s. 1.* seu D. infert C., *c. 2. d. 1.*

COMMENTARIVS.

Atque hîc jactum est fundamentum Conversionis Soriticæ (ut eam ego voco) quam in quolibet Theoremate exercere licet: & in eo sita est, quod ex Contradictione Consequentis inferatur Contradictio Antecedentis; adeoque novum Theorema condatur, constans Contradictione Consequentis, ut Antecedente, & Contradictione Antecedentis, ut Consequente: v. g. dato effato 4. cap. 1. quod ibidem est primum

Theo-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [101] - 87
PUBLIC DOMAIN

Theorema, nempe *Verũ eſt enunciatio*, quia ſenſus ejus eſt, *ſi quid ſit verum, id erit enunciatio*, licebit ſic ſoriticè convertere, *ſi quid non ſit enunciatio, id etiam non erit verum:* eodem pacto 5. effatum convertitur: ſic etiam ſextum eſt. *Omnis enunciatio vera eſt aut falſa*, licebit ſoriticè convertere: *ſi quid nec verum ſit, nec falſum, id non erit enunciatio*: & eſt. 7. *ſi enunciatio quæpiam non fuerit vera, erit falſa*, ſic ſoritice convertitur, *ſi enunciatio quæpiam non ſit falſa, erit vera*, quod Converſum eſt eſt. 8. cap. 1. Et ita porro perge: nam omnia Theoremata per hoc effatum 19. facta ſunt gemina, non tantum in Logica; ſed etiam in aliis omnibus Diſciplinis.

Additamentum quod & Theo.

Si ex Contradictione alicujus enuntiationis ſequatur Contradictio alterius enunciationis, ex poſteriori enunciatione ſequetur prior enunciatio.

De-

Demonstr.

Supp. Sint enunciationes, *c.* 1. *e.* 1. *a.*, nempe A. & B., *c.* 1. *b.* 1., & earum contradictiones, *e.* 12., C. & D., *c.* 1. *b.* 1., sic ut C. contradicat ipsi A., & D. contradicat ipsi B., *c.* 1. *b.* 2., Atque ex C. sequatur D., *c.* 1. *b.* 2.

Prop. Dico quod ex B. sequatur A., *c.* 1. *b.* 1. *a.*

Rat. Quia enim ex C. sequitur D., *juxta supp.*, hinc D. est consequens ipsius C., *c.* 2. *d.* 2., & C. est antecedens ipsius D., *c.* 2. *e.* 1. *a.* 3., Igitur ex contradictione ipsius D., sequetur contradictio ipsius C., *e.* 19., sed contradictio ipsius D. est B., & contradictio ipsius C. est A., *e.* 18.

Concl. Igitur ex B. sequetur A., *e.* 19.

COMMENTARIVS.

Ita se habet hoc Additamentum ad suum Principale, sicuti cap. 2. Additamentum sub effato 5., se habebat ad illud eff. 5. Nimirum hæc

Adi-d

Additamenta non differunt re ipsa à suis Principalibus, sed tantum modo quodam & ordine significandi, ut satis patet ex eorum Demonstrationibus.

Effatum 20. quod & Theo.

Si ex eo quod Enunciatio aliqua sit falsa, necessum sit aliam aliquam Enunciationem esse falsam, prior Enunciatio erit Consequens posterioris Enunciationis.

Demonstr.

Supp. Sint Enunciationes, *c.* 1. *e.* 1. *a.* nempe A. & B., *c.* 1. *b.* 1. & ad hoc ut A. sit falsa, necessum sit B. esse falsam, *c.* 1. *b.* 2.

Prop. Dico quod A. sit consequens ipsius B., *c.* 1. *b.* 1. *a.*

Rat. Apponatur enim utrique contradictio sua, *e.* 12. C. & D. *c.* 1. *b.* 1. sic ut C. contradicat ipsi A., & D. contradicat ipsi B. *c.* 1. *b.* 2. Quia igitur A. esse falsam, est dictum antecedentis,

tis, & B. esse falsam, est dictum consequentis, c. 2. d. 9. a. 2. hinc C. quæ nihil aliud dicit, quam A. esse falsam, e. 13. erit antecedens, c. 2. p. s. 1., & D. quæ nihil aliud dicit quam B. esse falsam, e. 13. erit consequens, c. 2. p. s. 1., Cum igitur ex C. (quæ est contradictio ipsius A.) sequatur D. (quæ est contradictio ipsius B.) oportet quod ex B. sequatua A., e. 19. a.

Concl. Igitur A. est consequens ipsius B., c. 2. d. 2.

COMMENTARIVS.

Hoc effatum convertit effatum 8. cap. 2., convertit, inquam, ipsum quatenus Demonstrationi subjicitur: quia eff. 8. cap. 2. sic subjicitur demonstrationi, *A. est consequens, & B. antecedens; ergo A. falso, B. debet esse falsum*, quod sic convertitur, *A. falso, B. debet esse falsum, ergo A. est consequens, & B. antecedens*, ubi in effectu redditur hoc eff. 20. Non potest autem effatum 8. cap. 2. secundum

dum se converti: sic enim conversum produceret hoc effatum, *si Antecedens est falsum, falsum erit & consequens*; quod effatum est falsum propter effatum 10. cap. 2.

Effatum 21. quod & Theor.

Necessum est alteram inter se Negantium esse falsam.

Demonstr.

Supp. Sit enunciatio *c.* 1. *e.* 1., quæcumque, *c.* 1. *e.* 1. *a.*, nempe A., *c.* 1. *b.* 1., & negamus A. *c.* 1., & dictionem illam qua A. negaverimus, vocemus B., *c.* 1. *b.* 1. (erunt A. & B. inter se negantes: nam B. negat A., *per constructionem* & A. vicissim negat B., *e.* 7.)

Prop. Dico necessum esse, ut altera istarum, nempe A., B. sit falsa.

Rat. Quia vel A. est falsa, vel A. non est falsa, *c.* 1. *p. g.* 5., si A. est falsa, altera istarum A., B. est falsa, *p. g.* 1.; si A. non sit falsa, igitur A. erit vera, *c.* 1. *e.* 8. igitur B. erit falsa, *e.* 5., igitur altera

altera istarum, A., B. erit falsa, *p. g. 1.*

Concl. Igitur necessum est, ut altera istarum A., B. sit falsa, *p. s. 3.*

Additamentum quod & Theorema.

Necessum est alteram inter se Contradicentium esse falsam.

Demonstr.

Contradictio enim negat eam cui contradicit, *d. 3.*, & sic contradicentes inter se, sunt etiam negantes inter se. Meritò autem dicuntur Contradicentes inter se, quia ea, cui contradicitur, vicissim contradicit, *c. 18.*

Effatum 22. quod & Theor.

Necessum est alteram inter se Contradicentium esse veram.

Demonstr.

Supp. Sit enunciatio, *c. 1. e. 1.*, quæcumque, *c. 1. e. 1. a.*, nempe A., *c. 1. b. 1.*, contradicamus ipsi A., *c. 12.*, & contradictionem illam vocemus B., *c. 1. b. 1.*

Prop.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [107] - 93
PUBLIC DOMAIN

Prop. Dico necessum esse, ut altera istarum nempe A., B. sit vera.

Rat. Quia vel A. est vera, vel A. non est vera, *c. 1. p. g. 5.*, Si A. sit vera, A. vel B. est vera, *p. g. 1.* si A. non sit vera, A. erit falsa, *c. 1. e. 7.*, Igitur B. erit vera, *e. 16.*, Igitur rursum A. vel B. erit vera, *p. g. 1.*

Concl. Igitur necessum est ut A. vel B. sit vera, *p. s. 3.*

COMMENTARIVS.

Atque ita colligi potest Lex Contradicentium, quæ vulgo circumfertur: nempe Contradictoriæ non possunt esse simul veræ, *e. 11.*, non possunt esse simul falsæ, *e. 15.* altera earum est vera, *e. 22.*, altera falsa, *e. 21. a.*

Cap. IV.
De Alternis & Subalternis.

Definitio 1.

Alternæ sunt enunciationes, quæ se mutuo inferunt.

Alterna est una istarum enunciationum,

nem, quæ se mutuo inferunt seu est enuntio, quæ infert aliam enunciationem, ad quam comparatur, atque ab ea vicissim infertur.

COMMENTARIVS.

Ut si A. inferat B., atque B. vicissim inferat A., erunt A. & B. Alternæ, & quælibet earum alterius Alterna erit, id est A. erit alterna ipsius B., & B. erit alterna ipsius A. Porro in Logica mea, vocavi Convertibiles, quas hîc Alternas voco, de quibus vide ibi part. 2. sect. 2. cap. 11. Mutavi autem hoc nomen propter diversi generis Conversas: jam enim aliquoties in Commentario dixi de Converso secundum se deque Converso prout demonstrationi subjicitur, & de Converso soriticè; si jam adhuc alterius generis Conversæ accedant, vereor, ne crebræ illæ Conversiones vertiginem caussent, & ex nimis frequenti homonymo oriatur mala confusio.

Defi-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [109] - 95
PUBLIC DOMAIN

Definitio 2.

Subalternæ ſunt, quarum una infert alteram, ſed non contra.

Et ſubalternans quidem cenſetur ea, quæ infert alteram ad quam comparatur, ſed ba ea non viciſſim infertur.

Subalternata vero, quæ infertur, ſed non infert. Ut ſi A. & B. ſint duæ enunciationes ſic ſe habentes, ut A. quidem inferat B., ſed B. non inferat A., erunt A. & B. ſubalternæ, A. quidem ſubalternans, B. vero ſubalternata ejus.

Principium ſpeciale 1.

Dictiones, quarum una dicit totum, quod dicit alia, aliquid idem dicunt. Nempe hoc totum, quod poſterior dicit, eſt commune dictum utrique.

Principium ſpeciale 2.

Dictiones, quarum neutra dicit aliquid ultra quam dicat altera, idem prorſus dicunt. Dicunt enim aliquid, cum ſint dictiones, igitur ſi non idem prorſus dicant,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [110] - 96
PUBLIC DOMAIN

dicant, neceſſum eſt, ut una aliquid dicat, quod ſit extra dictum alterius.

Principium ſpeciale 2.

Si una dictio non dicat ultra quam dicat alia, poſterior dictio dicet totum, quod dicit prior dictio. Cum enim ambæ dictiones formaliter dicant, oportet qnod dictum unius vel in totum, vel pro parte, ſit extra dictum alterius; alioqui enim altera dictio habebit totum dictum prioris dictionis.

Principium ſpeciale 4.

Si duæ dictiones idem prorſus dixerint, utravis dicet totum quod dicit altera.

Principium ſpeciale 5.

Si utraque dictio hoc dixerit, & neutra aliquid ultra, idem prorſus dixerint illæ dictiones.

Effatum 1. quod & Probl.

Dare Alternas.

Demonſtr.

Supp. Sit enunciatio, *c. 1. e. 1.*, quæ-

cumque, c. 1. c. 1. a., nempe A. c. 1. b. 1. Atque dicamus de A. quod sit vera, c. 1. b. 3., & dictionem nostram, qua hoc ita nudè dixerimus, c. 2. b., vocemus B. c. 1. b. 1.

Prop. Dico quod A. & B. sint alternæ, c. 1. b. 1. a.

Rat. Quia B. infert A., c. 2. c. 2., & B. infertur ab A. c. 2. c. 1. a. 2. igitur A. etiam infert B. c. 2. c. 1. a. 3.

Concl. Igitur A. & B. sunt alternæ, d. 1.

Additam. 1. quod & Probl.

Cuilibet enunciationi propositæ Alternam suam apponere.

Demonstr.

Eâdem demonstratione, qua præcedens.

Additam. 2. quod & Theor.

Enunciatio quæcumque, & illa enunciatio vera, Alternæ sunt. Inquam, enunciatio aliqua, & alia enunciatio, quæ de priori enunciatione hoc merè dixerit, quod vera sit, sunt Alternæ.

De-

Demonstr.

Etiam eâdem demonstratione, qua primum effatum.

Effatum 2. quod & Theo.

Contradictiones Alternarum, Alternæ sunt.

Demonst.

Supp. Sint alternæ, *e.* 1. nempe A. B., *c.* 1. *b.* 1. Atque his singulis contradicamus, *c.* 3. *e.* 12., & contradictiones illas vocemus C. & D., *c.* 1. *b.* 1., & supponamus quod C. contradicat ipsi A., ac D. contradicat ipsi B. *c.* 1. *b.* 2.

Prop. Dico C. & D. etiam alternas esse, *c.* 1. *b.* 1. *a.*

Rat. Quia enim ex A. sequitur B. *d.* 1., hinc ex D. sequitur C., *c.* 3. *e.* 19., Quia vero ex B. etiam sequitur A., *d.* 1., hinc ex C. etiam sequitur D., *c.* 3. *e.* 19., Igitur C. & D. sequuntur ex se mutuo, seu inferunt se mutuo, *c.* 2. *e.* 1. *a.* 3.

Concl. Igitur C. & D. sunt alternæ, *d.* 1.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [113] - 99
PUBLIC DOMAIN

Effatum 3. quod & Theo.

Si ex certa aliqua enunciatione sequatur alia enunciatio, & ex contradictione prioris enunciationis etiam sequatur Contradictio posterioris enunciationis, Alterna erunt istæ enunciationes.

Demonstr.

Supp. Sint enunciationes, *c. 1. e. 1. a.* nempe A. & B., *c. 1. b. 1.* Atque his singulis contradicamus, *c. 3. c. 12.*, & contradictiones illas vocemus C. & D., *c. 1. b. 1.*, & supponamus, quod C. contradicat ipsi A,. & D. contradicat ipsi B., *c. 1. b. 2.* Ulterius etiam supponamus, quod A. inferat B. & quod C. inferat D. *c. 1. b. 2.*

Prop. Dico quod A. & B. sint alternæ, *c. 1. b. 1. a.*

Rat. Quia A. infert B. *juxta supp.* & cum C. inferat D., *juxta supp.*, hinc B. infert etiam A., *c. 3. e. 19. a.* Igitur A. & B. inferunt se mutuo, *ut patet.*

Concl.

Concl. Igitur A. & B. sunt alternæ, *d.* 1.

Effatum 4. quod & Probl.

Subalternas dare.

Demonstr.

Supp. Sit antecedens falsum & consequens ejus verum, *c.* 2. *e.* 10. Illud A.; hoc B. vocetur, *c.* 1. *b.* 1.

Prop. Dico quod A. & B. sint subaltermæ, *c.* 1. *b.* 1. *a.*

Rat. Quia A. infert B. *c.* 2. *e.* 10., sed A. non infertur à B. *c.* 2. *e.* 7.

Concl. Igitur A. & B. sunt subalternæ, *d.* 2.

Effatum 5. quod & Theo.

Antecedens quodcumque, aut subalternans, aut Alternum est cum suo Consequente.

Demonst.

Supp. Sit antecedens A., & consequens ejus B., *c.* 2. *e.* 1.

Prop. Dico quod A. sit subalter-

nans cum B. ant alternum cum B., c. 1. b. 1. a.

Rat. Quia vel B. infert A., vel B. non infert A., c. 1. p. g. 5., si B. inferat A., igitur A. est alternum cum B., d. 1., si B. non inferat A., igitur A. est subalternans ipsius B. d. 2.

Concl. Igitur A. est alternum vel subalternans cum B., c. 1. p. s. 7.

Effatum 6. & quod Theo.

Contradictiones subalternarum, subalternæ sunt: Contradictio quidem subalternatæ, subalternans, Contradictio verò subalternantis, subalternata.

Demonstr.

Supp. Sint subalternæ A. & B., c. 4. A. quidem subalternans, B. vero subalternata ejus c. 1. b. 2., & his singulis contradicamus, c. 3. e. 12. Ipsi A. quidem accommodemus contradictionem C., & ipsi B. accommodemus contradictionem D. c. 1. b. 2.

Prop. Dico C. & D. etiam subalternas

ternas esse, & D. quidem subalternantem esse; C. verò subalternatam, *c. 1. b. 1. a.*

Rat. Quia cum ex A. sequatur B. *d. 2.* igitur ex D. sequitur C., *c. 3. e. 19.* sed ex C. non sequitur D.: si enim ex C. sequeretur D, etiam ex B. sequeretur A., *c. 3. e. 19. a.* Igitur, *ex* C. *sequi* D., est antecedens, &, *ex* B. *sequi* A., est consequens, *c. 2. e. 9. a. 2.* sed ex B. non sequitur A., *d. 2.* Igitur ex C. non sequitur D., *c. 3. e. 19.*

Concl. Igitur C., D. sunt subalternæ D. quidem subalternans, C. vero subalternata *d. 2.*

Effatum 7. quod & Theor.

Si una inter Alternas est vera, altera etiam est vera.

Demonst.

Supp. Sint alternæ A. & B., *e. 1.* & una istarum, nempe A., sit vera, *c. 1. b. 3.*

Prop. Dico etiam alteram nempe B. esse veram, *c. 1. b. 1. a.*

Rat. Quia A. infert B., *d. 1.* Ergo cum A. sit vera, *juxta supp.*

Concl. Etiam B. debet esse vera, *c. 2. c. 4.*. *Eodem modo demonstratur quod B. verâ, etiam A. debeat esse vera.*

Additament. quod & Probl.

Dare Alternas veras.

Demonst.

Detur quæcumque enunciatio vera, *c. 1. c. 2. a.* & ei apponatur Alterna sua, *c. 1. a. 1.* erit Alterna illa etiam vera, *c. 7.*

Effatum 8. quod & Theor.

Si una inter Alternas est falsa, altera etiam est falsa.

Demonst.

Supp. Sint alternæ A. & B., *c. 1.* & A. sit falsa, *c. 1. b. 3.*

Prop. Dico quod B. etiam sit fal-
c. 1. b. 1. a.

Rat.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [118] - 104
PUBLIC DOMAIN

Rat. Quia A. est consequens ipsius B., *d.* 1. cum ergo A. sit falsa, *juxta supp.*

Concl. Necessum est, ut eo posito, etiam B. sit falsa, *c.* 2. *e.* 8. *Eodem modo demonstratur, quod B. falsâ, etiam A. debeat esse falsa.*

Additament. quod & Probl.

Dare Alternas falsas.

Demonst.

Detur quæcumque enunciatio falsa, *c.* 1. *e.* 10. *a.* & ei apponatur Alterna sua, *e.* 1. *a.* 1. erit Alterna illa etiam falsa, *e.* 8.

Effatum 9. quod & Theo.

Enunciatio vera, & Enunciatio non falsa, Alternæ sunt.

Demonst.

Supp. Sit enunciatio, *c.* 1. *e.* 1. quæcumque, *c.* 1. *e.* 1. *a.*, nempe A. *c.* 1. *b.* 1.

Prop. Dico quod *A. esse veram*, & *A. non esse falsam*, alterna sint *o.* 1. *b.* 1. *a.*

Rat. Quia si A. est vera, A. non est falsa, c. 1. e. 10., Igitur *A. vera* est antecedens & *A. non falsa*, est consequens ejus, c. 2. e. 9. a. 2. Rursum si A. non sit falsa A. erit vera, c. 1. e. 8. Igitur *A. non falsa* viciſſim infert *A. veram*, c. 2. e. 9. a. 2.

Concl. Ergo *A. vera* & *A. non falsa* sunt alterna, d. 1.

Effatum 10. quod & Theorema.

Enunciatio falsa, & enunciatio non vera, Alterna sunt.

Demonstr.

Supp. Sit enunciatio, c. 1. e. 1., nempe A. c. 1. b. 1.

Prop. Dico quod *A. esse falsam*, & *A. non esse veram*, alterna sint, c. 1. b. 1. a.

Rat. Quia si A. est falsa, A. non est vera, c. 1. e. 11. Igitur *A. falsa* est antecedens, & *A. non vera* consequens ejus, c. 2. e. 9. a. 2. Rursum, si A. non sit vera, A. erit falsa, c. 1. e. 7. Igitur *A. non*

non vera, etiam est antecedens, & *A. falsa* consequens, *c. 2. e. 9. a. 2.*

Concl. Ergo *A. falsa*, & *A. non vera* sunt alterna, *d. 1.*

Effatum 11. quod & Theorema.

Enunciationes, quæ idem prorsus dicunt, Alternæ sunt.

Demonst.

Supp. Sint enunciationes, *c. 1. e. 1. a.*, A. B. *c. 1. b. 1.* & supponamus quod A. & B. idem prorsus dicant, *c. 1. b. 2.*

Prop. Dico quod A. & B. sint alnæ, *c. 1. b. 1. a.*

Rat. Quia A. dicit totum quod dicit B., & B. dicit totum quod dicit A. *p. s. 4.*, Igitur A. infert B. & B. infert A. *c. 2. d. 1.*

Concl. Igitur A. & B. sunt alternæ, *d. 1.*

Effatum 12. quod & Theorema.

Enunciatio falsa, & ejus Contradictio, Alternæ sunt.

Demonstr.

Supp. Sit enunciatio, *c. 1. e. 1.* nempe A. *c. 1. b. 1.* & dicamus de A. quod sit falsa, *c. 1. b. 3.*, Atque dictionem nostram qua hoc nudè dixerimus, *c. 2. b.*, vocemus B., *c. 1. b. 1.*, sed & contradicamus ipsi A. *c. 3. e. 12.*, & contradictionem qua ipsi A. sic contradixerimus, vocemus C., *c. 1. b. 1.*

Prop. Dico B. & C. alternas esse, *c. 1. b. 1. a.*

Rat. Quia B. dicit A. esse fallsam, & nihil aliud dicit *per constructionem*: C. etiam dicit A. esse falsam, *c. 3. e. 2.*, & nihil aliud dicit, *c. 2. e. 13.*, Igitur B. & C. idem prorsus dicunt, *p. s. 5.*

Concl. Igitur B. & C. sunt alternæ, *c. 11.*

Effa-

Effatum 13. quod & Theorema.

Alternæ idem prorſus dicunt.

Demonſt.

Supp. Sint alternæ, *e.* 1., A. & B. *c.* 1. *b.* 1.

Prop. Dico quod A. & B. idem prorſus dicant, *c.* 1. *b.* 1. *a.*

Rat. Quia A. infert B., *d.* 1. Igitur B. nihil dicit ultra quam dicat A., *c.* 2. *e.* 11. & B. infert A., *d.* 1. Igitur A. nihil dicit ultra quam dicat B. *c.* 2. *e.* 11.

Concl. Igitur A. & B. idem prorſus dicunt, *p.ſ.* 2.

Additamentum 1. quod & Theorema.

Alternæ quodammodo ſunt idem.

Demonſt.

Nempe quoad dictum ſuum: idem enim prorſus dicunt. *e.* 13.

Ad-

Additamentum 2. quod & Theorema.

Enunciatio & Enunciatio vera, idem sunt.

Demonst.

Sunt enim alternæ, *e. 1. a. 2.* Igitur idem sunt, *e. 13. a. 1.*

Additamentum 3. quod & Theorema.

Enunciatio vera, & Enunciatio non falsa, idem sunt.

Demonst.

Sunt enim alternæ, *e. 9.* Igitur idem quodammodo sunt, *e. 13. a. 1.*

Additamentum 4. quod & Theorema.

Enunciatio falsa, & Enunciatio non vera, idem sunt.

Demonst.

Sunt enim alternæ, *e. 10.* Igitur idem quodammodo sunt, *e. 13. a. 1.*

Addi-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [124] - 110
PUBLIC DOMAIN

Additament. 5. quod & Theo.

Contradictio alicujus Enunciationis, & illa Enunciatio falsa, idem quodammodo sunt.

Demonst.

Sunt enim alternæ, c. 12. Igitur idem sunt quodammodo, c. 13. a. 1.

Additamentum 6.

Una Contradicentium vera, & altera falsa, idem sunt.

Demonst.

Sit Enunciatio A., & ei contradicat B.: quia B. vicissim contradicit ipsi A. c. 3. c. 18. hinc A. & B. sunt contradicentes: Igitur A., seu A. vera (hæc enim idem sunt, c. 13. a. 2.) & B. falsa, idem sunt, c. 13. a. 5. Itemque B. seu B. vera, & A. falsa, idem sunt, ob eandem rationem.

Additament 7. quod & Theo.

Inter Alternas non potest una esse vera, & altera falsa.

De-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [125] - 111
PUBLIC DOMAIN

Demonstr.

Quia alternæ inter se, sunt velut una eademque enunciatio, *c.13. a.1.*, eadem autem enunciatio non potest esse vera & falsa *c. 1. e. 9.*

COMMENTARIVS.

Hæc Additamenta, & præsertim primum, unde cætera profluunt, posui facilitatis & compendii caussâ: sicut simili de caussa posui Additamentum 2. sub effato 9. cap. 2. ut ibi etiam monui: Jam enim, cum posita fuerit una Alternarum, statim licebit loco ejus surrogare alteram, tamquam eandem; cum alioqui hoc per plures consequentias faciendum esset, adhibito simul effato 5. cap. 2. aut ejus Additamento.

Effatum 14. quod & Theor.

Subalternæ idem aliquid dicunt; sed subalternans dicit aliquid ultra quam dicat subalternata.

De-

Demonstr. pars prior.

Supp. Sint Subalternæ, *c.4.*, A. & B. *c.1.b.1.*, sic ut A. sit subalternans, B. vero subalternata ejus, *c.1.b.2.*

Prop. Dico quod A. & B. aliquid idem dicant, *c.1.b.1.a.*

Rat. Quia A. dicit totum, quod dicit B., *d.2.*

Concl. Igitur A. & B. aliquid idem dicunt, *p.s.1.*

Demonstr. pars altera.

Supp. Est eadem, quæ in priori parte.

Prop. Dico quod A. dicat aliquid ultra, quam dicat B.

Rat. Quia si A. nihil diceret ultra quam dicat B., jam B. diceret totum quod dicit A., *p.s.3.*, Adeoque B. inferret A., *c.2.d.1.*, sed B. non infert A., *d.2.*

Concl. Ergo A. dicit aliquid ultra quam dicat, *c.3.e.19.*

CAP.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [127] - 113
PUBLIC DOMAIN

CAP. V.

De Copulativa & Disjunctiva.

Definitio 1.

MVltitudo est multa simul sumpta cum copulatione: seu est multa simul sumpta cum, Et *intercedente.*

Unde non est aliud, quam hoc & istud.

COMMENTARIVS.

Multa simul sumpta vocantur Totum : vide Logicam meam part. 1. sect. 2. cap. 3. Totum vero aliud Actuale, quod hîc multitudinem voco ; aliud Potentiale, quid hîc Multiplex voco. Plura vide loco citato.

Definitio 2.

Multiplex est multa simul sumpta cum disjunctione : seu est multa simul sumpta cum, Vel, *intercedente.*

Unde non est aliud, quam hoc vel istud.

Definitio 3.

Enunciatio Copulativa est multitudo enun-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [128] - 114
PUBLIC DOMAIN

enunciationum : seu multæ enunciationes simul sumptæ cum, Et, *intercedente.*

Vnde non est aliud, quam hoc & istud: *per* hoc, *hanc certam enunciationem; & per* istud, *illam certam enunciationem intelligendo.*

Definitio 4.

Enunciatio Disjunctiva est multiplex enunciatio: seu multæ enunciationes simul sumptæ cum, Vel, *intercedente.*

Vnde non est aliud, quam hoc vel istud: *per* hoc, *hanc certam enunciationem; & per* istud, *istam certam enunciationem intelligendo.*

Definito 5.

Partes enunciationis Copulativæ ac Disjunctivæ censentur plures enunciationes, quæ in illis simul sumuntur, & intercedente, Et, *aut*, Vel, *respectivè loquendo, connectuntur.* Ut si enunciatio Copulativa sit A. & B., partes ejus erunt A., item B.; si enunciatio Disjunctiva sit A. vel B., partes ejus similiter erunt A., & B.

Prin-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [129] - 115
PUBLIC DOMAIN

Principium ſpeciaie 1.

Cum multa ſimul ſumuntur, nec disjunguntur, hoc ipſo copulantur : ſeu hoc ipſo, quo non intercipitur, Vel, *inter iſta ſimul ſumpta, hoc ipſo intercipietur,* Et.

COMMENTARIVS.

Velut ſi dixeris *A.*, *B.*, *C. ſunt hic*, aut *eſt hîc*, aut *operatur hoc* &c. quia non interjeciſti, *Vel*, nec ore nec mente (ut ſuppono) hinc efficitur ſenſus, penes quem, *Et*, interjectum intelligatur, hoc modo, *A. & B. & C. ſunt hîc*, aut *eſt hic*, aut *operatur hoc* &c. Sic etiam cum Julius Cæſar dixit, *Veni, Vidi, Vici*, quia non interjecit, *Vel*, fecit hunc ſenſum, *& veni, & vidi, & vici*.

Qui non ſunt aſſueti Principiis Logicis, facile cavillabuntur contra hoc Principium, ſaltem antequam ſenſum ejus & ſignificationem in exemplis adductis, plenè perceperint : eſt tamen adeo notum & ſplendidum hoc Principium, ut in tota Matheſi, nullum

lum sit clarius aut simplicius; quod non ita apparet inassuetis, eo quod Mathematici, à quibus pleraque Principia petuntur, ferè considerent illa Principia, quæ extra nos, & in corpore versantur: ut *Æqualia uni tertio, inter se æqualia esse*, & *Æqualia, cum iis æqualia addita, vel dempta fuerint, æqualia permanere* &c. Hæc, inquam, & similia omnia concernunt res corporeas; Principia autem Logica merè versantur in mente seu in nobis ipsis: Qua equidem contemplatione, non minoris, sed longè majoris æstimanda sunt, quam Principia Mathematica.

Principium speciale 2.

Cum, nec hoc, nec illud est, tunc falsum est, hoc vel illud esse.

Postulatum 1.

Detur quælibet multa assignata, simul sumere per intellectum.

COMMENTARIVS.

V. g. si A. & B. fuerint assignata, detur,

detur, intellectum A. & B. simul sumere posse, nec illa merè considerare debere, sicut equum quem v. g. vides jam,& bovem quem vidisti ante annum, sic ut, cum equum vides, nihil cogites de bove,& cum bovem videris nihil cogitaveris de equo: Quæ enim tali pacto cogitamus, ea non simul sumimus; sed etsi non simul sumamus, possumus tamen ea simul sumere: ut per se notum est.

Postulatum 2.

Detur inter quælibet multa simul sumpta, interjicere notam, Et: *Item interjicere notam*, Vel.

COMMENTARIVS.

Nempe si proposita fuerint *Deus*, *Lapis*, possum dicere *Deus & Lapis*, & possum etiam dicere *Deus vel Lapis*: Atque ita de reliquis quibuscumque multis: Ut nimis notum est bene cogitanti.

Effa-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [132] - 118
PUBLIC DOMAIN

Effatum 1. quod & Theor.

Multa simul sumpta, vel Multitudinem, vel Multiplex constituunt.

Demonst.

Suppos. Sint multa quæcumque, *c. 1. p. g. 2.*, nempe A., B., *c. 1. b. 1.*, & sumantur simul per intellectum, *b. 1.*

Prop. Dico quod A., B. sic sumpta sint multitudo, aut multiplex *c. 1. b. 1. a.*

Rat. Quia vel disjunguntur hoc modo, *A. vel B.*, *d. 2.*, vel non disjunguntur *c. 1. p. g. 5.*, si disiunguntur, sunt multiplex, *d. 2.*, si non disjungũtur, ergo copulantur, *p. s. 1.*, hoc modo *A. & B.*, *d. 1.*, adeoque sunt multitudo, *d. 1.*

Concl. Igitur A., B. sunt multitudo aut multiplex, *c. 1. p. s. 7.*

Effatum 2. quod & Probl.

Dare enunciationem Copulativam.

Demonstr.

Supp. Sint enunciationes multæ, *c. 1. e. 1. a.*, nempe A. & B., *c. 1. b. 1.* & simul

simul sumantur, b. 1., cum copulatione seu cum, *Et*, intercedente, b. 2., Atque A. & B. sic accommodatas vocemus C., c. 1. b. 1.

Prop. Dico C. esse enunciationem copulativam, c. 1. b. 1. a.

Rat. Quia C. est multitudo enunciationum A. & B., *juxta supp.*

Concl. Ergo C. est enunciatio copulativa, d. 1.

Additamentum quod & Theorema.

Ex quibuslibet multis enunciationibus fieri potest enunciatio Copulativa.

Demonst.

Simul sumantur quælibet multæ enunciationes, b. 1., atque inter illas interjiciatur particula, *&*, illæ enunciationes simul sumptæ constituent enunciationem Copulativam, d. 3.

Effatum 4. quod & Probl.

Dare enunciationem Disjunctivam.

De-

Demonstr.

Supp. Sint enunciationes, multæ, A. B., c. 1. b. 1. & simul sumantur, b. 1., cum disjunctione, seu cum, *Vel*, intercedente, b. 2., Atque A. & B. sic accommodatas vocemus C., c. 1. b. 1.

Prop. Dico C. esse enunciationem disjunctivam, c. 1. b. 1. a.

Rat. Quia C. est multiplex enunciatio ex A., C. conflata. *juxta supp.*

Concl. Ergo C. est enunciatio disjunctiva, d. 2.

Additament. quod & Theor.

Ex quibuslibet multis enunciationibus fieri potest enunciatio Disjunctiva.

Demonstr.

Simul sumantur quælibet multæ enunciationes, b. 1., Atque inter illas sic simul sumptas, interjiciatur particula, *Vel*, Illæ enunciationes simul sumptæ constituent enunciationem disjunctivam, d. 4.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [135] - 121
PUBLIC DOMAIN

Effatum 4. quod & Theor.

Multæ enunciationes simul sumptæ, aut Copulativam, aut Disjunctivam euunciationem constituunt.

Demonstr.

Supp. Sint enunciationes multæ, *c. 1. c. 1. a.*, nempe A. & B., *c. 1. b. 1.*, Atque A. & B. simul sumantur per intellectum, *b. 1.*

Prop. Dico quod A. & B. sic simul sumptæ constituant enunciationem copulativam aut disjunctivam.

Rat. Quia A. & B. sic accommodatæ, vel constituunt multitudinem, vel constituunt multiplex inter enunciationes, *c. 1.* sed multitudo inter enũciatones, est enunciatio copulativa, *d. 3.*, & multiplex inter enunciationes est enunciatio disjunctiva, *d. 4.*

Concl. Ergo A. & B. constituunt enunciationem copulativam vel disjunctivam, *c. 1. p. g. 7.*

Effatum 5. quod & Theo.

Copulativa infert quamlibet suã partem.

De-

Demonſtr.

Supp. Sit copulativa, *e.* 2., A., *c.* 1. *b.* 1. cujus partes, *d.* 5., B. & C., *c.* 1. *b.* 1.

Prop. Dico primo quod A. inferat B. *c.* 1. *b.* 1. *a.*

Rat. Quia ſi B. & C. ſit, ergo B. eſt, *c.* 3. *p.* g. 1., ergo B. & C. eſt antecedens ipſius B., *c.* 2. *e.* 9. *a.* 2.; ſed A. non eſt aliud, quam B. & C., *d.* 3.

Concl. Ergo A. eſt antecedens ipſius B., *c.* 1. *p.* g. 7. ſeu A. infert B., *c.* 2. *d.* 1. Eodem modo demonſtratur, quod A. inferat C.

Additamentum quod & Theo.

Si Copulativa eſt vera, quælibet ejus pars eſt vera.

Demonſtr.

Quia copulativa eſt antecedens cujuslibet ſuæ partis, *e.* 5. ergo ſi copulativa eſt vera, quælibet ejus pars eſt vera, *c.* 2. *c.* 4.

Additam. 2. quod & Theo.

Qualibet parte falſâ, Copulativa eſt falſa.

Demonstr.

Quia copulativa est antecedens cujuslibet suæ partis, *e.* 5., seu quælibet pars est consequens istius copulativę, quam ingreditur, *c.* 2. *e.* 1, *a.* 3., Igitur si pars est falsa, copulativa est falsa, *c.* 2. *e.* 8.

Effatum 6. quod & Theor.

Si omnes partes sint simul veræ, Copulativa est vera.

Demonstr.

Supp. Sit copulativa, *e.* 2. A. *c.* 1. *b.* 1. cujus partes *d.* 5. B. C. *c.* 1. *b.* 1. & B. ac C. sint simul veræ, *c.* 1. *b.* 3.

Prop. Dico quod A. sit vera, *c.* 1. *b.* 1. *a.*

Rat. Quia A. est *B. ac C.* *d.* 3.

Concl. Igitur A. est vera, *c.* 1. *p.* 8. 7.

Effatum 7. quod & Theor.

Disjunctiva sequitur ex qualibet sua parte

Demonst..

Supp. Sit disjunctiva. *e.* 3., A. *c.* 1. *b.* 1. & partes ejus, *d.* 5. B. & C. *c.* 1. *b.* 1.

Prop.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [138] - 124
PUBLIC DOMAIN

Prop. Dico primo, quod A. sequatur ex B. *c. 1. b. 1. a.*

Rat. Quia si B., ergo B. vel C. *c. 3. p. g. 1.* Igitur B, est antecedens, & B. *vel* C. consequens ejus, *c. 2. e. 9. a. 2*; sed A. idem est, quod *B. vel C. d. 4.*

Concl. Ergo A. est consequens ipsius B. *c. 1. p. g. 7.* Eodem modo demonstratur, quod A. sequatur ex C.

Additament. quod & Theor.

Qualibet parte verâ, Disjunctiva est vera.

Demonstr.

Quia quælibet pars disjunctivæ, infert ipsam disjunctivam, *e. 7.* ergo qualibet parte verâ, disjunctiva est vera, *c. 2. e. 4.*

Additam. 2 quod & Theor.

Disjunctivâ falsâ, quælibet ejus pars est falsa.

Demonst.

Quia disiunctiva est consequens cujuslibet suæ partis, *e. 7.*, ergo ipsâ existente falsâ, quælibet pars ejus debet esse falsa, *c. 2. e. 8.*

Effatum 8. quod & Theor.

Omnibus partibus simul falsis, Disiunctiva est falsa.

Demonstr.

Supp. Sit disjunctiva, *e.* 3., A., *c.* 1. *b.* 1. cujus prates, *d.* 5., B. & C., *c.* 1. *b.* 1., & B. ac C. sint simul falsæ, *c.* 1. *b.* 3.

Prob. Dico quod A. sit falsa, *c.* 1. *b.* 1. *a.*

Rat. Quia si B. & C. sint simul falsæ, id est, *si nec B. nec C.* *c.* 4. *e.* 13. *a.* 5., ergo falsum est *B. vel C.*, *p. s.* 2. sed *A.* est idem quod *B. vel C.*, *d.* 4.

Concl. Ergo A. est falsa, *c.* 1. *p.* 3. 7.

Effatum 9. quod & Theor.

Si enunciatio aliqua Disjunctiva habuerit partes, partibus alicujus enunciationis Copulativæ contradicentes, etiam Copulativa illa ac Disjunctiva inter se contradicent.

Demonstr.

Supp. Sit copulativa, *e.* 2., nempe A., *c.* 1. *b.* 1., & partes istius copulativæ, *d.* 5., B., C., *c.* 1. *b.* 1., & contradicamus singulis illis partibus, *c.* 3. *e.* 12.

Atque

Atque contradictiones illas vocemus D.& E., c. 1. b. 1., & supponamus, quod D. contradicat ipsi B., ac E. contradicat ipsi C., c. 1. b. 2., Cumque E. & D. sint enunciationes, c. 2. c. 3. a., fiat ex E., D. enunciatio disjunctiva, e. 3. a. nempe F. c. 1. b. 1.

Prop. Dico A. & F. inter se contradicere, c. 1. b. 1. a.

Rat. Quia si A. sit vera, B. & C. erunt veræ, e. 5. a. 1., ergo D. & E. erunt falsæ, c. 3. e. 5., Igitur F. erit falsa, e. 8., Igitur A. negat F., c. 3. e. 6.

Rursum si F. sit falsa, E. & D. erunt falsæ, e. 7. a. 2, Igitur B. & C. erunt veræ, c. 3. e. 14. Igitur A. erit vera, e. 6., Igitur A. negat F. (ut priori parte demonstratum) & si F. sit falsa, A. debet esse vera (ut proxime demonstratũ.)

Concl. Ergo A. contradicit ipsi F., c. 3. e. 1., & consequenter F. vicissim contradicit ipsi A., c. 3. e. 18., id est A., F. inter se contradicunt.

Additam. 1 quod & Theor.

Quælibet Copulativa habet aliquam

inter disjunctivas Contradictionem: Nempe illam, cujus partes contradicunt partibus ipsius Copulativæ.

Demonstr.

Quacumque enim Copulativâ propositâ, poterimus partibus ejus contradicere, c. 3. e. 12., & ex contradictionibus illis, utpote enunciationibus, c. 3. e. 2. a., concinnare enunciationem disjunctivam, e. 3. a., contradicentem ipsi Copulativæ, e. 9.

Additam. 2. quod & Theor.

Quælibet Disjunctiva habet aliquam inter Copulativas Contradictionem: Nempe illam, cujus partes contradicunt partibus ipsius Disjunctivæ.

Demonstr.

Quacumque enim disjunctivâ propositâ, poterimus partibus ejus contradicere, c. 3. e. 12., & ex contradictionibus illis, utpote enunciationibus, c. 3. e. 2. a., concinnare enunciationem copulativam, e. 2. a., Quo facto partes enunciationis disjunctivæ vicissim contradicent partibus enunciationis copulativæ, c. 3. e. 18., adeoque prædi-

cta disjunctiva, prædictæ copulativæ contradicet, c. 9., adeoque & ipsa copulativa, ipsi disjunctivę contradicet, c. 3. e. 18.

Additam. 3. quod & Theo.

Copulativa & Disjunctiva, quarum unius partes, alterius partibus contradicunt, & ipsæ inter se contradicunt.

Demonstr.

Si enim partes enunciationis disjunctivæ contradicant partibus enunciationis copulativæ, ipsa copulativa & disjunctiva inter se contradicent, c. 9. si vero partes enunciationis copulativæ contradicant partibus enunciationis disjunctivæ, ipsa copulativa, contradicet disjunctivæ, c. 9. a. 2. ergo inter se contradicent, c. 3. e. 18.

Effatum 10. quod & Theo.

Si Disjunctiva est vera, aliqua ejus pars est vera.

Demonstr.

Supp. Sit disjunctiva, c. 3. A., c. 1. b. 1. cujus partes, d. 5., B. C. c. 1. b. 11. & A. sit vera, c. 1. b. 3.

Prop. Dico quod B. vel C. sit vera, *c. 1. b. 1. a.*

Rat. Quia *A.* idem est quod *B. vel C.* *d. 4.*

Concl. Ergo B. vel C. est vera, *c. 1. p. g. 7.*

Effatum 11. quod & Theo.

Si Copulativa est falsa, aliqua ejus pars est falsa.

Demonst.

Supp. Sit copulativa, *e. 2. A. c. 1. b. 1.* cujus partes, *d. 5.* B. & C., *c. 1. b. 1.*, Atque A. sit falsa, *c. 1. b. 1.*

Prop. Dico quod B. vel C. sit falsa, *c. 1. b. 1. a.*

Rat. Sumatur enim contradictio, quam habet A. inter disjunctivas, *e. 9. a. 1.*, nempe D., *c. 1. b. 1.* cum partibus E. & F. contradicentibus respectivè partibus B. & C. in copulativa A., *e. 9.* Hoc posito, si D. sit vera, etiam E. vel F. erit vera, *e. 10.*, sed D. vera idem est quod A. falsa, & E. vel F. vera, idem est, quod B. vel C. falsa, *c. 4. e. 13 a. 6.* Igitur si A. sit falsa (ut est falsa, *juxta supp.*)

Conc. B. vel C. erit falsa, *c. 1. p. g. 7.*

Effa-

Effatum 12. quod & Theor.

Copulativa infert Disjunctivam ex iisdem partibus.

Demonstr.

Supp. Sit copulativa, *e.* 2. A. *c.* 1. *b.* 1. cujus partes, *d.* 5. A. B. & C. *c.* 1. *b* 1. & sit etiam disjunctiva, *e.* 3., ex iisdem partibus B. & C., *e.* 3. *a.* nempe D. *c.* 1. *b.* 1.

Prop. Dico quod A. inferat D., *c.* 1. *b.* 1. *a.*

Rat. Quia A. infert B. *e.* 5. seu B. sequitur ex A., *c.* 2. *e.* 1. *a.* 3. & D. sequitur ex B., *e.* 7. seu B. est antecedens ipsius D., *c.* 2. *e.* 1. *a.* 3. Igitur cum ex A. sequatur antecedens B.

Concl. Etiam ex A. sequetur (consequens) D. *c.* 2. *e.* 5. seu A. inferet B. *c.* 2. *e.* 1. *a.* 3.

Additament. 1. quod & Theo.

Cum quibus partibus Copulativa vera est, cum illis & Disjunctiva vera est.

Demonstr.

Quia Copulativa & disjunctiva ex

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [145] - 131
PUBLIC DOMAIN

iisdem partibus constitutæ, sic se habent, ut copulativa sit antecedens & disjunctiva consequens, c. 12. ergo tali copulativâ verâ, vera etiam erit talis disjunctiva, c. 2. e. 4.

Additament. 2. quod & Theo.

Cum quibus partibus Disjunctiva est falsa, cum illis & Copulativa falsa est.

Demonstr.

Quia, cum copulativa & disjunctiva habent easdem partes, tunc copulativa infert disjunctivam, e. 12. ergo, si tunc disjunctiva sit falsa, etiam copulativa erit falsa. c. 2. e. 8.

Effatum 13. quod & Theo.

Disjunctiva ex partibus inter se contradicentibus, est vera.

Demonst.

Supp. Sit enunciatio, c. 1. e. 1. quæcumque c. 1. e. 1. a., nempe A., c. 1. b. 1., & contradicamus ipsi A., c. 3. e. 12. & contradictionem illam vocemus B. c. 1. b. 1., Quoniam B. est enunciatio, c. 3.

c. 3. e. 2. a., fiat disjunctiva ex A., B., e. 3. a., nempe D., c. 1. b. 1.

Prop. Dico D. esse veram, c. 1. b. 1. a.

Rat. Quia A. est vera vel B. est vera. c. 3. e. 22.

Concl. Igitur D. est vera, e. 7. a. 1.

Effatum 14. quod & Theor.

Copulativa ex partibus inter se negantibus, est falsa.

Demonstr.

Supp. Sit enunciatio, e. 1. b. 1., quæcumque, c. 1. b. 1. a., nempe A. c. 1. b. 1., & negemus A., c. 3. e. 1., atque negationem illam vocemus B. c. 1. b. 1. (quandoquidem A. vicissim neget B., c. 3. e. 7., A., B. inter se negant) Quia vero B. est enunciatio, c. 3. e. 2. a. fiat copulativa ex partibus A. & B., e. 2. a., nempe C., c. 1. b. 1.

Prop. Dico quod C. sit falsa, c. 1. b. 1. a.

Rat. Quia A. vel B. est falsa, c. 3. e. 21.

Concl. Igitur C. est falsa, e. 5. a. 2.

CAP.

Caput. VI.

De Subjecto & Prædicato.

Lectori meo. S. D.

Quæ deinceps dicam duobus sequentibus cap., licet ejusdem argumenti sint cum iis quæ præcedunt, non decrevi ad eandem libellam exigere, sed rudia quædam exhibebo; tamen certa clara, bene perpendenti, & quibus formam rigidæ Demonstrationis imprimi facilè posse agnoscas: Summam igitur manum non appono; sed eam provinciam, pace tua, tibi, Lector, transcribo: Sic onus inter nos partitum, & ipse levius feram, & simul hac illecebrâ te capiã, ac favorem tuum conciliabo Logicæ meæ: Novi scilicet, quam nascentes res amare soleamus impensè, si contulisse aliquid de nostro, & auctores esse quoquo modo videamur. Vale.

Definitio 1.

Affirmatio est dictio, quæ dicit, hoc est,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [148] - 134
PUBLIC DOMAIN

est, illud, *v. g. hæc dictio A. est B.*

COMMENTARIVS.

In Logica mea cap. 1. dixeram Affirmationem definiri nõ debere: alibi dixeram definiri non posse: Et verum est: unde nec hîc definio; sed tantùm exemplum aliquod generale adfero, seu actum aliquem affirmandi generalem, in omnes particulares Affirmationes quadrantem: quacumque enim Affirmatione propositâ, verum erit, ibi dictum esse, *hoc est illud*: & hoc jam satis est ad definitionem, quę hoc loco tam rigidè sumi non debebat. vide Logicam meam part. 4. sect. 1. cap. 6. n. 4.

Definitio 2.

Subjectum est hoc, cum dictum fuerit, hoc est illud: *v. g. A. in exemplo ante posito.*

Definitio 3.

Prædicatum est illud, cum dictum fuetit, hoc est illud: *v. g. B. in exemplo ante posito.*

Defi-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [149] - 135
PUBLIC DOMAIN

Definitio 4.

Terminus est, sive subjectum, sive prædicatum: *ut tum A. tum B. in exemplo eodem.*

Definitio 5.

Subjectum commune est multa subjecta per diversas affirmationes simul sumptas, cum eodem prædicato dispersa: Ut *A. vel B.* hîc, *A. est A. vel B. est A.*; In terminis Scholæ, tale est *animal*, cum dicimus *aliquod animal est homo*, quia sensus est, *vel hoc animal est homo vel illud animal est homo.* Prædicatum commune est multa prædicata per diversas affirmationes simul sumptas, cum eodem subjecto dispersa: ut *A. vel B.* cum dicimus, *A. est A. vel A. est B.*; In terminus Scholæ, *animal*, cum dicimus, *homo est animal*, quia sensus est, *homo est hoc animal, vel homo est istud animal.*

Definitio 6.

Subjectum universaliter sumptum seu distributum est multitudo subjectorum

ctorum per diversas affirmationes cum eodem ptædicato disperſorum: Id eſt, multa ſubjecta per diverſas affirmationes copulatas (ſeu, *Et*, intercedente connexas) cum eodem prædicato diſperſa: Ut, *A. & B.* cum dicitur, *A. eſt A. & B, eſt A.* In terminus ſcholæ, tale ſubjectum eſt *homo*, cum cum dicitur, *omnis homo eſt doctus*, quia ſenſus eſt, *& hic homo eſt doctus & ille homo eſt doctus*, &c. Prædicatum diſtributum eſt multitudo prædicatorum cum eodem ſubjecto per diverſas affirmationes diſperſorum: Ut *A.* & *B.* hîc, *A.* eſt *A.* & *A. eſt B.*

Definitio 7.

Subjectum particulanter ſumptum eſt ſubjectum multiplex, cum eodem prædicato per diverſas affirmationes diſperſum: id eſt, multa ſubjecta per affirmationes disjunctas (ſeu, *vel*, intercedentes) cum eodem prædicato diſperſa: ſimili modo definitur Prædicatum particulariter ſumptum.

De-

Definitio 8.

Pars termini communis est unum ex illis subjectis, qui in eodem prædicato, vel istorum prædicatorum, quæ cum eodem subjecto dispergunte per diversas affirmationes simul sumptas: Ut hic *A. est A. vel A. est B.*, terminus communis est *A. vel B.*, pars autem ejus est *A.*, item *B.*

Definitio 9.

Terminum distributum simpliciter vocabimus *Multitudinem*; partem ejus vocabimus *Vnum ejus*; Terminum particulariter sumptum vocabimus *Multiplex*; partem ejus vocabimus *simplex ejus.*

Definitio 10.

Subjectum singulare est simpliciter subjectum, & non multa subjecta per diversas affirmationes diffusa: similiter & Prædicatum singulare simpliciter prædicatum est, & non prædicata. Ut hîc *A. est A.* uterque terminus singularis est, imo hîc etiam sub-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [152] - 138
PUBLIC DOMAIN

subjectum est singulare *A. & B. sunt duo*; etsi enim subjectum sit compositum; at illa ex quibus componitur, non dispergurtur cum suo prædicato per plures affirmationes, cum non sit sensus *A. est duo & B. est duo*: sic etiam subjectum singulare hîc aguoscere licet, *Aliqua navis est necessaria ad navigandum*: Vide Logicam meam part. 1. sect. 2. cap. 5.

Definitio 11.

Affirmatio una est, cujus alter terminus est singularis: & siquidem uterque terminus fuerit singularis, Affirmatio vocabitur simplex; sin alter tantum fuerit singularis, alter verò communis, Affirmatio composita dicetur; si vero uterque terminus communis fuerit, Affirmatio non una erit, sed multæ.

Definitio 12.

Negatio est dictio, quæ dicit hoc non est illud. Omnia cum proportione reperiuntur in illa, quæ reperiuntur in Affirmatione.

Po-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [153] - 139
PUBLIC DOMAIN

Postulatum 1.

Detur pro quolibet Multiplici supponere *A. vel B.*

Postulatum 2.

Detur pro qualibet multitudine supponere *A. & B.*

Effatum 1.

Affirmatio simplex, si termini prorsus iidem fuerint, vera est, si diversi. falsa.

Ratio prioris partis est, quia quidlibet est quod est *c. 1. p. g. 3.* Ratio posterioris est, quia nihil est aliud, quam quod est, *c. 1. p. g. 4.*

Effatum 2.

Negatio simplex si Termini prorsus iidem fuerint, falsa est; si diversi, vera.

Ratio est, quia simplex negatio, contradicit simplici Affirmationi, ut satis patet ex definitione contradictionis. *c. 3. d. 3.*

Effatum 3.

Affirmatio composita, in qua alter Ter-

Terminus distribuitur, est enunciatio Copulativa; In quâ vero alter Terminus accipitur particulariter, est enunciatio disjunctiva.

Satis clarum est ex def. 6. & 7.

Effatum 4.

Similiter se habet res in Negatione composita. *Vide d.* 12.

Effatum 5.

Terminus Communis aut distribuitur, aut particulariter sumitur.

Ratio est quia terminus communis est multi termini, aliquo modo simul sumpti (nempe gratia diversarum affirmationum, simul sumptarum, in quibus partes termini communis disperguntur) *d.* 3. *&* 4., ergo vel multitudo vel multiplex est, *c.* 5. *c.* 1., id est vel distributus vel particulariter sumptus, *d.* 6. *&* 7.

Effatum 6.

Affirmatio composita, in qua unus terminus est multiplex, alter vero non est simplex ejus, & falsa.

Ratio

Ratio quia unus Terminus habebit se sicut *A.* vel *B.* [b. 1.], alter vero, qui singularis esse debet, [d. 11.], habebit se ut C. , Igitur fiet hæc disjunctiva, [e. 3.], *vel C. est A. vel C. est B.*) ubi multiplex prædicatur,) aut hæc *vel A. est C. vel B. est C.* , Utraque autem disjunctiva est falsa, [c. 5. e. 8.]

Additamentum 1.

Affirmatio composita, in qua unus Terminus est multitudo, alter vero non est unum ejus, est falsa.

Ratio est, quia hæc affirmatio erit copulativa, [e. 3.], ex iisdem partibus ex quibus erat disjunctiva sub effato 6:, ergo etiam erit falsa, [c. 5. e. 12. a. 2.]

Additamentum 2.

Affirmatio composita, in qua alter terminus non est pars Termini communis est falsa.

Ratio est, quia Terminus communis qui Affirmationem compositam ingreditur, [d. 11.], vel est multiplex vel mul-

multitudo, *e.* 5., & si sit multiplex, Affirmatio est falsa, *e.* 6., & si sit multitudo, affirmatio erit falsa, *e.* 6. *a.* 1. ergo absolute Affirmatio erit falsa, *c.* 3. *p. f.* 3.

Effatum 7.

Affirmatio composita, in qua alter Terminus est multitudo, alter unum ejus, est falsa.

Ratio est quia multitudo habebit se ut A. & B., *b.* 2. & unum ejus habebit se ut A., *d.* 8., adeoque fiet hæc copulativa, *e.* 3., *A. est A. & B. est A.*, ubi multitudo in subjecto, aut A. est A. & A. est B. ubi in prædicatio; utraque autem falsa est, *c.* 5. *e.* 5. *a.* 2.

Additamentum.

Affirmatio composita, cujus alter terminus distribuitur, est falsa.

Ratio est quia singularis terminus residuus, *d.* 11., vel erit pars termini distributi seu multitudinis, vel non erit pars, *c.* 1. *p. g.* 5., si sit pars, affirmatio erit falsa, *e.* 7., si non, equidem erit

erit falsa, *e.* 6. *a.* 1. Igitur talis affirmatio absolute est falsa, *c.* 3. *p.* *f.* 3.

Effatum 8.

Affirmatio composita, cujus alter terminus est multiplex, alter simplex ejus, vera est, quomodocumque disponantur Termini.

Ratio est Quia multiplex erit *A. vel B.*, simplex autem ejus erit A., *b.* 1., igitur exsurget talis affirmatio, *vel A. est A. vel A. est B.*,) ubi multiplex in prædicato) vel talis *A. est A.*, *vel B. est A.* (ubi multiplex in subjecto) utraque autem est vera, *c.* 5. *e.* 7. *a.* 1.

Additamentum.

Tres tantum inter unas Affirmationes, veræ sunt: simplex cum utroque termino eodem, *e.* 1., & composita, cujus subjectum est multiplex ac prædicatum simplex, *e.* 8., & tertio composita cujus prædicatum est multiplex, & subjectum simplex ejus, *e.* 8.

Alia

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [158] - 144
PUBLIC DOMAIN

Alia nulla est vera inter unas: nam composita vel habet multiplex, vel multitudinem, *d.* 11. & *e.* 5. si multitudinem est, falsa, *e.* 7. *a.*, si habeat multiplex, vel alter terminus est pars, vel non, *e.* 1. *p.* g. 5., si non, Affirmatio est falsa, *e.* 6., si alter sit pars, est vera, *e.* 8. (quod duobus modis fit, *e.* 8.) Igitur tantum tres inter unas veræ sunt.

Effatum. 9.

Affirmatio & Negatio compositæ, solâ acceptione universali & particulari Termini communis differentes, inter se contradicentes sunt.

Rat. est, quia habent se, sicut enunciatio copulativa, & disjunctiva, *e.* 3., constantes partibus inter se contradicentibus, hoc ipso quo una plures affirmationes, & altera plures negationes simplices inter se contradicentes *e.* 2., amplectitur. Talis autem copulativa, ac talis disjunctiva contradicunt, *e.* 3. *e.* 9. *a.* 3.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [159] - 145
PUBLIC DOMAIN

Additamentum.

Tres tantum inter unas Negationes, sunt falsæ: Simplex cum utroque termino eodem: hæc enim contradicit, e. 2., affirmationi veræ, e. 1.: & composita, cujus unus terminus est multitudo, & alter pars ejus: hæc enim contradicit, e. 9., affirmationi veræ, e. 7. Atque hæc postrema est duplex: nempe cum multitudine in subjecto, & parte in prædicato, ac contra.

Aliæ omnes negationes sunt veræ, quia contradicunt affirmationibus falsis, e. 6. & 7.

Effatum. 10.

Affirmatio quæ constat utroque termino particulariter sumpto, non est una affirmatio, sed multæ, d. 11. Eaque est vera, si idem aliquod utriusque termini sit simplex; Aliter si se habeat, est falsa.

Ratio est, quia tales duo termini habe-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [160] - 146
PUBLIC DOMAIN

habebunt se, sicut *A. vel B.* & *B. vel C.* *b.* 1. : adeoque exsurget talis affirmatio *A. est B. vel A. est C.* (Ubi una affirmatio) *vel B. est B. vel B. est C.* (ubi altera affirmatio) tota autem affirmatio quæ ex utraque illa affirmatione coalescit, est vera, *c.* 5. *e.* 7. *a.* 1.

Si vero non sit idem utriusque simplex, affirmatio erit falsa, quia habebunt se termini, sicut *A. vel B.* & C. *vel D.*, ex quibus nunquam fiet affirmatio vera: Quæcunque enim disjunctiva ex his instituatur, omnes partes erunt falsæ, adeoque & ipsa disjunctiva erit falsa, *c.* 5. *e.* 8.

Effatum 11.

Affirmatio, quæ constat utroque termino distributo, non est una, sed multæ affirmationes, *d.* 11., estque simpliciter falsa.

Quia termini habebunt se, sicut *A. & B.*, & *A. & B.*, ad summum; ex illis autem non exsurget affirmatio vera; sed hæc *A. est A. & A. est B.*

(ubi una affirmatio) & *B. eſt A. & B. eſt B.* (ubi altera) ex ambabas autem junctis non exſurgit niſi falſa affirmatio, *c. 5. e. 5. a. 2.*, ſi jam pars aliqua, aut plures partes utriuſque termini fuerint diverſæ, multò magis falſa erit affirmatio.

COMMENTARIVS.

Aliqui commenti ſunt diſtributionem dependentem, ad ſalvandas ſeu verificandas Affirmationes cum utroque termino diſtributo: Ex eorum ſententia, poſito hoc termino *A. & B.* loco ſubjecti & loco prædicati, exſurgere poſſet hæc Affirmatio vera, *A. eſt A. & B. eſt B.*, ſeu in terminis ſcholæ, *omnis homo eſt omne rationale*, quæ verum ſonare videtur. Sed ego perſpicio, cum ſubjectum habet partes, nullam debere eſſe partem ſubjecti, quæ non comparetur ad prædicatum (alioqui, quomodo eſſet pars ſubjecti: vide Defin. 8.) & cum prædicatum habet partes, nullam poſſe

posse esse partem prædicati, quæ non comparetur ad subjectum; Cum tandem subjectum pariter ac prædicatum habent partes, omnes utriusque partes inter se comparari debent: Unde & illam affirmationem Scholæ, *omnis homo est omne rationale* habeo pro simpliciter falsa: si enim omnis homo sit omne rationale, petrus erit omne rationale; Sed subinde habet hunc sensum, *omnis homo, perinde est, ac si dicas, omne rationale.*

Effatum 12.

Cum subjectum universaliter, & prædicatum particulariter capitur, Affirmatio non est una, *d.* 11., Vera quidem erit, si quælibet pars subjecti, sit etiam pars prædicati; si secus fiat, erit falsa.

Quia subjectum habebit se, sicut, A. & B., prædicatum vero habebit se v. g., sicut, A. *vel* B. *vel* C., fiet igitur hic sensus affirmationis, & A. *est* A. *vel* A. *est* B. *vel* A. *est* C., (ubi

est una affirmatio, eaque vera, c. 5. e. 7. a. 1.) & B. *est* A., *vel* B. est B., *vel* B. est C. (ubi est altera affirmatio, eaque rursum vera, c. 5. e. 7. a. 1.) Hæc autem affirmatio est vera, c. 5. e. 6.

Si vero subjectum habuerit partem aliquam, quæ non sit pars prædicati, affirmatio erit falsa: habebit enim subjectum se, sicut A. & B. & C., prædicatum vero, sicut A. *vel* B., fietque hic sensus, & A. *est* A. *vel* A. *est* B. (ubi una affirmatio, eaque vera, c. 5. e. 7. a. 1.) & B. *est* A. *vel* B. *est* B. (ubi altera affirmatio, quæ & vera, *ibid.*) & C. *est* A. *vel* C. *est* B. (ubi tertia affirmatio, & hæc falsa, c. 5. e. 8.) Adeoque tota copulativa est falsa, c. 5. e. 5. a. 2.

Additamentum.

Affirmatio, in qua Subjectum universaliter, & Prædicatum particulariter capitur, cum vera est, Affirmationi uni æquiparatur.

Cum enim subjectum & prædicatum

catum eaſdem omnino partes habent, talis affirmatio ſimplex videtur (ut, A. & B. *eſt* A. vel B.) cum prædicatum plures partes habet, quam ſubjectum, compoſita: ut, A. & B. *eſt* A. *vel* B. *vel* C.

Effatum. 13.

Cum ſubjectum particulariter, & prædicatum univerſaliter capitur, Affirmatio non eſt una, *d.* 11. Cæterum ſimpliciter falſa eſt.

Quia ad ſummum, ſubjectum & prædicatum habebunt eaſdem partes; Quo caſu ſubjectum erit, *A. vel B.*, & prædicatum, *A. & B.*: fietque hic ſenſus affirmationis: *vel A. eſt A., & A. eſt B.* (ubi una affirmatio, eaque falſa, *c.* 5. *e.* 5. *a.* 2.) *vel* B. *eſt* A. & B. *eſt* B. (ubi altera affirmatio, quæ rurſum falſa, *c.* 5. *e.* 5. *a.* 2.) Adeoque tota illa affirmatio disjunctiva eſt falſa, *c.* 5. *e.* 8. Multo magis falſa erit talis affirmatio, ſi ſubjectum & prædicatum in aliquibus qartibus diſſentiant.

Additamentum.

Inter Affirmationes non-unas tantum duæ sunt veræ, nempe quæ constat utroque Termino particulariter sumpto, quando idem aliquod utriusque Termini est simplex, *c.* 10., & quæ constat subjecto universaliter, ac prædicato particulariter sumpto, quando quælibet pars subjecti est etiam pars prædicati *c.* 12., Cæteræ Affirmationes non unæ, sunt falsæ.

Effatum. 14.

Negatio non-una, & Affirmatio non-una, in quarum altera id omne particulariter capitur, quod in altera distribuitur, inter sese contradicunt.

Habent enim se sicut copulativa, & disjunctiva ex partibus contradicentibus, quæ & ipsæ contradicunt, *c.* 5. *c.* 9. *a.* 3.

Additamentum 1.

Negatio cum utroque Termino distributo, si eadem aliqua sit pars utriusque

utriusque Termini, est falsa; si secus, vera.

Contradicit enim, c. 14., affirmationi veræ, c. 10., unde ipsa est falsa, c. 3. c. 5. Ut magis pateat: Subiectum sit A. & B., prædicatum sit B. & C. fiat ex his negatio, & A. *non est* B. & A. *non est* C. (ubi una negatio, eaque vera) & B. *non est* B. & B. *nou est* C. (ubi altera negatio, eaque falsa) ideoque tota negatio seu tota copulativa est falsa. c. 5. c. 5. a. 2.

Si vero nulla sit pars eadem utriusque termini distributi, negatio erit vera: quia contradicet, c. 14., falsæ affirmationi, c. 10., igitur ipsa negatio erit vera, c. 3. c. 14.

Additamentum 2.

Negatio, quæ constat utroque Termino particulariter sumpto, est simpliciter vera.

Contradicit enim simpliciter falsæ affirmationi, c. 11. Ut magis pateat: Subjectum sit, A. *vel* B., atque

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [167] - 153
PUBLIC DOMAIN

idem illud sit prædicatum, fiet hæc negatio, *Vel* A. *non est* A. *vel* A. *non est* B. (ubi una vera) *vel* B. *non est* A. *vel* B. *non est* B. (ubi rursum una vera) tota ergo disjunctiva est vera.

Additamentum 3. & 4.

Cum subjectum particulariter & prædicatum universaliter capitur, si quælibet pars subjecti, sit pars prædicati, Negatio erit falsa; si secus, vera. *Vide eff.* 12. *&* 14.

Cum subjectum universaliter & prædicatum particulariter capitur. Negatio simpliciter est vera. *Vide eff.* 13. *&* 14.

COMMENTARIUS.

Nota quasdam Affirmationum ac Negationum, de quibus hactenus actum est, non posse reduci ad Terminos Scholæ, seu ad tales Terminos, quorum quilibet unico nomine perstringatur, quin peccetur contra sermonem usitatum: Ut affirmatio, de qua effat. 7. hæc erit aut simi-

similis, *omnis homo est petrus*, aut *petrus est omnis homo* : de qua effat. 11., erit talis, *omnis homo est omnis homo* aut *omnis homo est omne rationale*, effat. 13., *aliquis homo est omnis homo*, effat. 14. addit. 2., *aliquis homo non est omnis homo* addit. 4., *nullus homo est omnis homo* : Quæ omnia sunt contra sermonem usitatum. Vide Logicam meam part. 2. sect. 1. cap. 9.

CAP. VI.

De Prædicabili & Subjicibili.

Principium Generale 1.

PArs partis, est etiam pars totius. *Vt quia digitus est pars manus; manus autem pars brachii, etiam digitus pars brachii est.*

Principium Generale 2.

Si hoc sit idem cum illo, posterius etiam idem erit cum priori. *Hoc Principium reducitur ad Principium gen. 7. c. 1. : & sub illo comprehenditur satis.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [169] - 155
PUBLIC DOMAIN

Principium Generale 3.

Cum hoc est pars illius, posterius est totum prioris: *Veluti cum manus sit pars brachii, brachium est totum habens pro aliqua sua parte manum.*

Principium Generale 4.

Cum hoc est totum illius, posterius est pars prioris.

Definitio 1.

Affirmatio ordinata *est*, cujus subjectum est singulare. Hinc affirmatio ordinata debet etiam esse una, *c.b.d.* 11

Definitio 2.

Prædicabile est prædicatum in affirmatione ordinata vera. Subjicibile est subjectum in tali affirmatione. Vocantur etiam simpliciter subjectum & Prædicatum, sumtis illis nominibus per dignitatem.

Definitio 3.

Concordes termini sunt, quorum uterque multiplex est ejusdem: Ut A. *vel* B., & B. *vel* C.: uterque enim est multi-

multiplex ipsius B.: Item A. *vel* B., & A. *vel* B *vel* C.

Definitio 4.

Repugnantes termini sunt, quorum uterque multiplex, sed non ejusdem: Ut A. *vel* B. & C. *vel* D. Latius sumpseram in Logicam mea Terminos repugnantes & concordes, ut etiam singulares aliquos, aut saltem tales, quorum alter singularis esset, comprehenderent, part. 1. sect. 2. c. 2.

Definitio 5.

Dici est esse prædicatum in affirmatione vera. Latius ergo est, quam esse prædicabile, *d.* 2., & strictus quam esse prædicatum, *c.* 6. *d.* 3.

Effatum 1.

Prædicatum (nempe per dignitatem sumptum seu Prædicabile) vel est idem cum suo Subjecto vel multiplex sui subjecti.

Quia prædicabile debet esse prædicatum in affirmatione ordinata vera, *d.* 2., Ordinata autem affirmatio, etiam

etiam est una, d. 1., Tres autem tantum inter affirmationes unas, sunt veræ, c. 6. e. 8. a., & tertia, in qua nempe subjectum est multiplex, & prædicatum simplex, non est ordinata, d. 1., Restant ergo tantum duæ inter veras & ordinatas, nempe, in qua uterque terminus sit idem, & altera in qua prædicatum sit multiplex sui subjecti. Vide c. 6. e. 1. a.

Effatum 2.

Terminus, qui vel idem est cum alio Termino, vel multiplex ejus, etiam est prædicatum de alio illo Termino.

Si enim talis terminus affirmetur de alio illo termino, fiet affirmatio vera, c. 6. e. 1. & 8., atque ordinata, d. 1., Igitur talis terminus erit prædicatum de alio illo termino, d. 5.

Effatum 3.

Subjectum (nempe per dignitatem) vel est idem cum prædicato suo, vel simplex ejus. Vide, e. 1.

Effa-

Effatum 4.

Si quid ſit idem vel ſimplex alterius, erit ejus ſubjectum. Vide, *e.* 2.

Effatum 5.

Cum unus Terminus eſt prædicatum de alio Termino, alius ille Terminus eſt ſubjectum prioris Termini : & cum unus Terminus eſt ſubjectum alterius, alter eſt prædicatum de priori.

Quia ſi unus terminus ſit prædicatum de alio, erit igitur prior poſterioris multiplex aut idem, *e.* 1., ſi idem, alter erit etiam idem cum priori, *p.g.* 2., adeoque erit ſubjectum prioris, *e.* 4., ſi multiplex, alter erit ſimplex prioris, *p.g.* 4., ergo iterum alter erit ſubjectum prioris termini, *e.* 4., Igitur alter abſolutè eſt ſubjectum prioris, *e.* 3. *p.ſ.* 3.

Si vero unus terminus ſit ſubjectum alterius termini, erit igitur prior poſterioris ſimplex vel idem, *e.* 3.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [173] - 159
PUBLIC DOMAIN

e. 3., si idem, ergo etiam posterior erit idem cum priori. p. g. 2., ergo posterior erit prædicatum de priori, e. 2., si simplex, ergo posterior erit ejus multiplex, p. g. 3., & sic posterior rursum erit prædicatum de priori, e. 2., ergo posterior absolutè est prædicatum de priori, e 3. p. s. 3.

Effatum 6.

Subjectum subjecti, est etiam subjectum Prædicati.

Demonstr.

Supp. Sit subjectum A., prædicatum B., atque C. sit subjectum ipsius A.

Prop. Dico quod C. sit etiam subjectum ipsius B.

Rat. Quia C. vel est simplex ipsius A., vel idem cum A., e. 3., Si C. sit idem cum A., quandoquidem A. sit subjectum ipsius B., *juxta supp.*, erit etiam C. subjectum ipsius B., c. 1. p. g. 7. si vero C. sit simplex ipsius A., rursum

sum A. vel est idem cum B., vel est simplex ipsius B., *e.3.*, si A. sit idem cum B., quandoquidem C. sit simplex ipsius A., erit etiam simplex ipsius B., *c.1.p.g.7.*, adeoque C. erit subjectum ipsius B., *e 4.*, Si denique A. sit simplex ipsius B., cum C. sit simplex ipsius A., erit etiam C. simplex ipsius B., *p.g.1.*, & sic C. rursum est subjectum ipsius B., *e.4.*

Concl. Igitur C. absolute est subjectum ipsius B., *c.3.p.f.3.*

Additamentum.

Prædicatum de prædicato, est etiam prædicatum de subjecto.

Demonstr.

Supp. Sit subjectum A., prædicatum B., Atq; C. sit prædicatum de B.

Prop. Dico quod C. sit prædicade A.

Rat. Quia cum C. sit prædicatum de B., B. erit subjectum ipsius C., *e.5.* A. vero est subjectum ipsius B., *juxta supp.*,

supp., ergo A. erit subjectum ipsius C., *c.6.*

Concl. Ergo C. est prædicatum de A., *c.5.*

Effatum 7.

Affirmationes cum utroque Termino particulariter sumpto, Terminis transpositis, Alternæ sunt.

Demonstr.

Supp. Sit Affirmatio A., cujus subjectum B. & prædicatum C., utrumque particulariter sumptum: sit etiam affirmatio D., cujus subjectum sit C., & prædicatum B., utrumque item particulariter sumptum.

Prop. Dico A. & D. alternas esse.

Rat. Quia sit A. sit vera, debebit aliquod utriusque termini B., C., idem simplex esse, *c.6.e.10.*, Hoc ipso autem D. erit vera, *c.6.e.10.*, Igitur A. infert D., *c.2.c.6.*, eodem modo demonstratur quod D. inferat A.: Ergo A., D. inferunt se mutuo.

Concl.

Concl. Seu A., D. alternæ sunt, *c. 4. d. 1.*

Additamentum.

Negationes cum utroque Termino distributo, transpositis Terminis, Alternæ sunt.

Quia tales negationes affirmationibus, de quibus agitur in effato 7. contradicunt, *c. 6. e. 14.* ergo cum istæ affirmationes sint alternæ, etiam hæ negationes erunt alternæ, *c. 4. e. 2.*

Effatum 8.

Quod dicitur de subjecto distributo, dicitur de eodem subjecto particulariter sumpto.

Demonstr.

Supp. Sit subjectum distributum, *A. & B.*, & sit idem subjectum particulariter sumptum, nempe, *A. vel B.*, Atque C. dicatur de *A. & B.*

Prop. Dico quod C. etiam dicatur de *A. vel B.*

Rat.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [177] - 163
PUBLIC DOMAIN

Rat. Quia cum C. dicitur de *A.* & *B.*, fit enunciatio copulativa, cum vero C. dicitur de *A. vel B.* fit enunciatio disjunctiva ex iiidem partibus, sed talis copulativa infert talem disjunctivam, *c. 5. e 12. a. 2.*.

Concl. Ergo C. dicitur de *A. vel B.*

Additamentum.

Quod negatur de subjecto distributo, negatur etiam de eodem subjecto particulariter sumpto.

Quia negatio, quæ negat de subjecto distributo, contradicit affirmationi de subjecto particulariter sumpto: & quæ negat de subjecto particulariter sumpto, contradicit affirmationi de eodem subjecto distributo, *c. 6. e. 9. & 14.*, Igitur negationes illæ debent se habere ut antecedens & consequens juxta effatum 19. cap. 3.

Effatum 9.

Cum subjectum est commune, Prędicatum de illo distributo dicitur.

Quia

Quia ſubjectum commune non poteſt habere partem aliquam, quæ non ſit pars prædicati (alioqui enim prædicatum non poſſet eſſe idem, nec multiplex ſubjecti, ut tamen eſſe debet, *e.* 1.,) ergo affirmatio in qua prædicatum dicitur de ſubjecto communi diſtributo, erit vera, *c.* 6. *e.* 12. & ſic abſolutè prædicatum dicetur de ſubjecto communi diſtributo, *d.* 5.

Effatum 10.

Termini Concordes de ſe invicem particulariter dicuntur.

Cum enim ſint multiplices, habeantque idem aliquod ſimplex *d.* 3., erit affirmatio, in qua quilibet de altero particulariter dicetur vera, *c.* 6. *e.* 10., adeoque quilibet eorum de altero dicetur, *d.* 5.

Effatum 11.

Si Prædicatum ſit multiplex ſubjecti, Subjectum dicetur de prædicato particulariter ſumpto.

Affir-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [179] - 165
PUBLIC DOMAIN

Affirmatio enim in qua ſubjectum ſic dicetur de prædicato, erit vera, c. 6. e. 8., Igitur ſubjectum abſolute ſic dicitur de prædicato, particulariter ſumpto, d. 5.

Effatum 12.

Si Prædicatum ſit multiplex ſubjecti, quod prædicabitur de ſubjecto dicetur etiam de Prædicato particulariter ſumpto.

Demonſtr.

Supp. Sit ſubjectum A., & B. prædicatum ac multiplex ipſius A., Atque C. ſit prædicatum de A.

Prop. Dico quod C. dicatur de B. particulariter ſumpto.

Rat. Cum enim C. ſit prædicatum de A., *juxta ſupp.*, igitur C. eſt idem cum A. vel multiplex ipſius A., e. 1., Si idem; ergo C. etiam eſt ſubjectum ipſius B., c. 1. p. g 7., Adeoque C. dicitur de B. particulariter ſumpto, e. 11., Si vero C. ſit multiplex ipſius

ipsius A., cum etiam B. sit multiplex ipsius A., *juxta supp.*, erunt C., B. concordes,[d.] 3., & ita iterum C. dicetur de B. particulariter sumpto, [e.] 10.

Concl. Ergo absolute C. dicitur de B. particulariter sumpto. [c.] 3. *p.* *f.* 3.

Additamentum.

Cum Prædicatum est multiplex subjecti, quod negabitur de Prædicato distributo, negabitur etiam de subjecto.

Negatio enim in qua negatur de prędicato distributo, contradicit affirmationi de prædicato particulariter sumpto, &c. [c.] 6. [e.] 9. & 14. Igitur procedendum est hic juxta eff. 19. cap. 3.

Effatum 12.

Quod dicitur de Multitudine seu de Termino distributo, dicitur dequalibet ejus parte,

Affirmatio enim, in qua aliquid dicitur de multitudine, est enunciatio copu-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [181] - 167
PUBLIC DOMAIN

copulativa, in qua idem dicitur de parte, est pars istius copulativæ; Copulativa autem infert quamlibet suam partem, *c.* 5. *e.* 5.

Effatum 14.

Quod dicitur de uno Concordium distributo, dicitur etiam de altero Concordium particulariter sumpto.

Demonstr.

Supp. Sint termini concordes A. & B. & C. dicatur de B. distributo.

Prop. Dico quod C. etiam dicatur de A. particulariter sumpto.

Rat. Cum enim sit idem aliquod simplex utriusque termini, v. g. D. *d.* 3., cum C. dicatur de B. distributo, C. etiam dicetur de D., *e.* 13. sed D. est subjectum ipsius A., *e.* 4., & A. multiplex ipsius D. *juxta supp.*

Concl. Ergo C. dicetur de A. particulariter sumpto, *e.* 12.

Addi-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [182] - 168
PUBLIC DOMAIN

Additamentum.

Quod negatur de uno Concordium distributo, negatur de altero Concordium particulariter sumpto.

Quia negatio quæ negat de concordi distributo, contradicit affirmationi, quæ affirmat de concordi particulariter sumpto, *c. 6. e. 9. & 14.* &c. Igitur procedendum est juxta eff. 19. cap. 3.

Eff. 5.

Cum Prædicatum est multiplex subjecti. Quod dicitur de Subjecto particulariter sumpto, dicitur etiam de Prædicato particulariter sumpto.

Demonst.

Supp. Sit subjectum A., prædicatum B., sitque B. multiplex ipsius A., sit etiam terminus C., qui dicatur de A. particulariter sumpto.

Prop. Dico quod C. dicatur de B. particulariter sumpto.

Rat. Vel enim C. erit simplex,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [183] - 169
PUBLIC DOMAIN

ipsius A., vel C. & A. erunt multiplices ejusdem simplicis (alioqui enim affirmatio, in qua C. de A. dicitur, non erit vera, c. 6. e. 8. 10. 13 cum tamen debeat esse vera, d. 5.) si C. sit simplex ipsius A., erit C. subjectum ipsius A., e. 4., Igitur C. etiam erit subjectum ipsius B., e. 6., Igitur C. dicetur de B. particulariter sumpto, e. 11., Si verò C., A., sint multiplices ejusdem simplicis, ergo C., A. concordes sunt, d. 3., ergo B. quod affirmatur de A. distributo, e. 9., affirmabitur etiam de C. particulariter sumpto, e. 14., ergo vicissim C. dicetur de B. particulariter sumpto, e. 7.,

Coucl. ergo absolutè C. dicetur de B. particulariter sumpto c. 3. p. s. 3.

Additamentum.

Cum Prædicatum est multiplex Subjecti, quod negatur de Prædicato distributo, negatur etiam de Subjecto distributo.

CAP.

Cap. VIII.

De Cubo Logico.

His positis exoritur Cubus Logicus, qui paucis Effatis seu Axiomatibus, intellectu claris, ordine miro, & ad memoriam facili, inter se connexis, omnes Argumentorum Logicorum formas abundè complectitur. Hujus Quadrata, per Logicam meam variè dispersa, sic bteviter colligam.

Quadratum Princeps.

In Logica mea, 4.

1. Axioma, Si ex una enunciatione sequatur alia enunciatio, ex Contradictione posterioris, sequetur Contradictio prioris, *c. 5 e. 19.*

2. Axio. Si ex Contrrdictione unius enunciationis, non sequatur Contradictio alterius enunciationis, ex posteriori ennnciatione, non sequetur prior enunciatio. Sequitur ex 1. axio. per ipsum 1. axio: est enim hoc axio. Sorticè Conversum primi axio.

3. Si ex Contradictione unius enunciationis, sequatur Contradictio alterius enunciationis, ex altera illa enunciatione, sequetur prior enunciatio, c. 3. e. 19 a.

4. Si ex una enuneiatione, alia quæpiam enunciatio non sequatur, ex Contradictione posterioris, non sequetur Contradictio prioris. Est hoc axio. Soritice Conversum axiomatis 3. Ita ut hoc 4. axio. sequatur ex 3. axio. per 1. axio.

Continet hoc Quadratum imprimis illas formas Argumentorum, quas ego *Conversiones Soriticas* voco. Has formas in paucis & brevibus exemplis sic propono, *Si cogito, sum; ergo si non sum, non cogito*, juxta 1. axio. *Non si non cogito, non sum; ergo non si sum, cogito* (sensus est: Cum non sequatur, *non cogito ergo non sum*, etiam hoc non sequitur, *sum ergo cogito*) juxta 2. axio. *Si non sum, non cogito; ergo si cogito, sum*, juxta 3. axio. *Non si sum, cogito; ergo non si non cogito, non sum* juxta 4 axio.

Hoc

Hoc verò, *Si cogito, non ſum corpus; ergo ſi ſum corpus, non cogito*, procedit juxta hoc axio. *Si ex una enunciatione ſequatur Contradictio alterius enunciationis, ex altera enunciatione ſequetur Contradictio prioris enunciationis*, quod axio. in appendicio hujus Quardr. cenſeri poteſt: & facilè ſequiturex primo axio. hujus Quadr.; obſervato tantum eo, quod Contradictio ſit mutua, c. 3. e. 18. Imo hoc fundamento poſito, poteſt facile intelligi prædictum Argumentum procedere juxta ipſiſſimum, 1. axio., hoc modo; Si ex illa enunciatione, *cogito*, ſequatur illa enunciatio, *non ſum corpus*, c. 3. e. 2. a. ex Contradictione poſterioris, nempe, *ſum corpus*, c. 3. e. 18. ſequetur Contradictio prioris, nempe, *non cogito*. Unde tantum duo prima axiom. hujus quadr. tenenda ſunt: nam illa abundè dirigunt omnes formas Converſionum ſoriticarum, eo quod Contradictio ſit mutua, c. 3. e. 18.

Inter formas Argumentorum, quæ hoc Quadrato continentur, est etiam syllogismus Hypotheticus indirectus, qui & solo primo Axiomate continetur, & à Conversione Soriticâ, eodem illo Axiomate subnixâ, non alio differt, quam quod Conversio duo Argumenta Condicionalia exhibeat, Hypotheticus vero iste, unum Condicionale & unum Rationale: v. g. *Si cogitat, est; ergo si non est, non cogitat*, hæc est Conversio juxta raxio. Hic vero Hypotheticus, *Si cogitat, est; sed non est, ergo non cogitat*, ubi posterius Argumentum, quod in illo Hypothetico includitur, non est Condicionale, sed Rationale

2. Quadratum

In Logica mea. 3.

1. Si ex aliqua enunciatione sequatur Antecedens, ex eadem enunciatione sequetur Consequens, c.2.c.5.

2. Si ex aliqua enunciatione non sequa-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [188] - 174
PUBLIC DOMAIN

sequatur Consequens, ex eadem enunciatione non sequetur Antecedens. est hoc axio. soritice Conversum. 1. axiomatis: sequiturque ex primo, per primum primi quadr.

3. Si enunciatio aliqua sequatur. ex Consequente, sequetur etiam ex Antecedente, *c. 2. e. 5. a.*

4. Si enunciatio aliqua non sequatur ex Antecedente, non sequetur etiam ex Consequente. est Conversum soritice Tertii.

Hoc Quadratum imprimis dirigit illas formas Argumentorum, quæ Sorites passim vocantur: Exempla quam brevissima, hæc habe. *Si cogito, sum; sed si affirmo cogito; ergo si affirmo, sum*, juxta 1. axio. *Si cogito, sum; sed non si lapis est, ego sum; ergo non si lapis est, ego cogito* Iuxta 2. axio. *Si cogito, sum; Sed si sum, aliquid est, ergo si cogito, aliquid est*, Iuxta 3. axio. *Si cogito, sum; sed non si cogito, corpus habeo; ergo non si sum, corpus habeo.*

Secundo continet hoc Quadr. En-

hymemata ſoritica, quæ à prioribus formis non differunt, niſi quod baſim ſuam ſeu primum Argumentum Conditionale, in quo Antecedens & Conſequens (de quibus Axiomata hujus Quadrati loquuntur) expreſſe perhibentur, ſubticeant. Vnde omnia exempla, quæ mox adducebam, abjecto primo Argumento Condicionali, nempe, *Si cogito, ſum*, faceſſunt hoc ipſo in enthymemata Soritica

3. Quadratum

In Logica mea 1.

1. Si aliquid ſit Prædicatum de prædicato, erit etiam Prædicatum de ſubjecto. *c. 6. e. 6. a.*

2. Si aliquid non ſit Prædicatum de ſubjecto, non erit etiam Prædicatum de prædicato. Eſt ſoriticè Converſum primi axiom.

3. Si aliquid ſit ſubjectũ ſubjecti, erit etiam ſubjectũ Prædicati. *c. 6. e. 6.*

4. Si aliquid non ſit ſubjectum Prædica-

Prædicati, non erit etiam ſubjectum ſubjecti. Eſt ſoriticè Converſum Tertii

Hoc Quadrato diriguntur omnes illæ formæ Argumentorum, quæ ſyllogiſmi ſimpliciter, aut ſyllogiſmi Categorici paſſim vocantur, omnes inquam, tales formæ, quæ conſiſtunt in Propoſitionibus Naturalibus (nam ſyllogiſmi poſiti in Propoſitionibus Artificialibus, diriguntur ſequenti Quadrato) Pro qvo Nota eas me vocare Propoſitiones Naturales, quarum ſubjectis, aut nulla nota præfigitur, aut ea tantum præfigitur, quæ adeſt à Natura, id eſt ſalvo manente eodem ſenſu præfigi poteſt, cum nulla præfigitur: Unde inter Propoſitiones Naturales primo loco recenſeo eas, quarum ſubjectis nulla nota præficitur, ut, *Petrus eſt homo, item homo eſt animal, petrus non eſt bos, animal non eſt homo* (comprehenduntque Propoſitiones ſingulares & indefinitas) Secundo loco Propoſi-

tionibus Naturalibus accenſeo Affirmationes, quarum ſubjectis præficitur nota, *Omnis*, quia cum illa nota aptè præponitur ſubjecto, etiam cum non appoſita eſt, poteſt eodem manente ſenſu, præponi: Unde *homo eſt animal, & omnis homo eſt animal* idem ſunt in re c. 6. c. 6. & vel ex illo clare colligas, quod hęc propoſitio, *Animal eſt homo*, naturaliter falſum ſonet, quia nempe naturaliter inſinuat, quod, *omne animal ſit homo*. Tertio deniq; loco inter Naturales cenſeo illas propoſitiones, que negationes cum ſint, prætendunt ſubjectis notam, *Aliquis*, Ut, *aliquad animal non eſt homo*, ſi enim ſimpliciter dixeris *Animal non eſt homo*, idem dixeris, naturaliter intelligendo: nempe cum hoc falſum ſit *Animal eſt homo*, verum eſſe debet *Animal non eſt homo*, quod proinde facit hunc ſenſum, *aliquod animal non eſt homo*; nam quod nullum animal ſit homo falſum eſt. Vide c. 1. p. g. 5. ibidem in Commentario,

Propo-

Proponamus jam exempla brevia & in Scholis usitata harum formarum, *Homo est animal, & animal sentit, ergo homo sentit*, juxta 1. axio: Perinde autem erit si dixeris, *Omnis homo est animal, & omne animal sentit, ergo omnis homo sentit*; juxta jam statim dicta; Quod semel admonuisse, sufficiat. *Homo est animal & homo non est bos, ergo animal non est bos*, juxta 2. axio. Ubi bene nota, quod Consequens sit verum: sequitur enim ex Antecedente vero per irrefragabile principium, nempe per axio 2. quod tam verum est quam 1. axio & 1. axio. 1. Quadr. per quod ex primo sequitur Quod ritè monendum est, quia solet Consequens prędicti Argumenti apprehendi, ut falsum: quia solet apprehendi eodem modo, ac si dictum fuisset, *bos non est animalt*. Puto autem hanc malas apprehensionem, seu hoc Præjudicium obstitisse, quo minus hoc Quadratum à Logicis integrè sit inventum

Homo eſt animal, petrus eſt homo, ergo petrus eſt animal, juxta 3. axio. *Homo eſt animal, & lapis non eſt animal, ergo lapis non eſt homo*, juxta 4. axio.

Inter formas, quæ hoc Quadrato continentur, ſunt etiam enthymemata ſimpliciter dicta ſeu enthymemata Categorica: Quæ à ſyllogiſimis hoc ſolo differunt, quod baſim ſuam ſeu Affirmationem illam, quæ expreſſe ſubjectum ac Prædicatum per hibet, de quibus in prædictis Axiomatibus agitur, ſubticeant: Unde omnia prædicta exempla, abjectâ primâ Affirmatione, nempe *homo eſt animal*, faceſſunt hoc ipſo in enthymemata iiſdem Axiomatibus ſubnixa

4. Quadratum

In Logica mea 2.

1. Quod dicitur de ſubjecto (etiam particulariter ſumpto) dicitur de Prædicato particulariter ſumpto Si ſcilicet prædicatum ſit multiplex, ſeu

seu particulariter sumi possit. c. 6. e. 12. & e. 15.

2. Quod negatur de Prædicato distributo, negatur etiam de subjecto (imo de subjecto distributo) c. 6. e. 12. a. & e. 15. a. Certum est hoc 2. axio. esse Conversum soriticè axiomatis 1. sed quia non ita facile, nec ita primâ fronte apparet, hinc loca cito, in quibus ipsum per partes demonstratur.

3. Quod dicitur de uno Concordium distributo, dicitur etiam de altero particulariter sumpto, c. 6. e. 14.

4. Quod negatur de unoConcordium distributo, negatur etiam de altero particulariter sumto, c. 6. e. 14. a.

Hoc quadrato diriguntur illi syllogismi, qui constituti sunt in Propositionibus Artificialibus: Censetur autem consistere syllogismus aliquis in Propositionibus Artificialibus, quando vel una istarum Propositionum ex quibus componitur, Artificialis est; prout in Propositionibus Na-

bus Naturalibus non conſtitui cenſetur, niſi omnes Propoſitiones, quibus conſtat, Naturales fuerint. Voco autem illam Propoſitionem Artificialem, cujus ſubjecto præfigitur nota, quæ non adeſt à natura, id eſt talis nota, quæ non ſubaudiretur, ſi abeſſet: Atque tales Propoſitiones ſunt in duplici differentia, nempe Affirmantes cum præfixa nota *Aliquis*, & Negantes cum præfixa nota, *Nullus*: Si enim dicam, *aliquod animal eſt homo*, illa nota, *Aliquod*, non ſubaudiretur naturaliter, ſi exprſsè demeretur, nam *animal eſt homo*, naturaliter ſonat falſum: Similiter dicam. *nullum animal eſt homo*, illa nota, *Nullus*, non ſubaudiretur, ſi expreſsè tolleretur, nam *Animal non eſt homo*, ſonat verum naturaliter loquendo; cum ſi nota illa ſubaudiretur, eſſet falſum

Proponamus jam Exempla formæ, quæ hoc Quadrato præſcribitur, *Homo eſt animal, & homo eſt rationalis, ergo*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [196] - 182
PUBLIC DOMAIN

ergo aliquod animal est rationale juxta primam partem Axiomatis primi, *Homo est animal, & aliquis homo est doctus, ergo aliquod animal est doctum* juxta 2. part. axiomatis 1. *Homo est animal & nullum animal est lapis, ergo homo non est lapis*, aut etiam *ergo nullus homo est lapis*, juxta 2. axio. *Aliquod brutum est bipes; & omne bipes est ambulativum, ergo aliquod brutum est ambulativum*, juxta 3. axio. *Aliquod brutum est bipes, & nullum brutum est homo, ergo aliqnod bipes non est homo*, juxta 4. axio.

Ex iisdem formis fiunt enthymemata suppressâ primâ & capitali Affirmatione, in qua tota forma eorum fundatur

Ex his patet, cum habemus Affirmationem Naturalem pro basi procedere nos juxta sex axiomata, nempe juxta Axiomata tertii Quadr. & juxta duo priora Axiomata quarti Quadr. Cum verò habemus Affirmationem Artificialem pro basi, proce-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [197] - 183
PUBLIC DOMAIN

procedere nos tantum posse juxta duo ultimia Axiomata hujus Quadr. Quia Affirmatio Artificialis seu particularis non plus importat, quam Terminos suos concordare

Interim his octo Axiomatibus, nempe quatuor hujus, & quatuor præcedentis Quadrati plenè continentur omnes Syllogismi. Nec in Versiculis illis *Barbara, Celarent &c.* quæ à Logicis passim circumferuntur, Modi aliqui perhibentur, qui nostris Axiomatibus non dirigantur: Quod, ut commodius, ostendam, Nota ad inferendam Conclusionem perinde esse, quo ordine disponantur Præmissæ: nam Præmissæ habent se, sicut, *A. & B.*; perinde autem est, & idem sequetur si dixeris, *B. & A.* Nota secundo Affirmationem cum utroque Termino particulariter sumpto, converti posse, & idem valere, sive Termini hoc, sive illo ordine disponantur: idque demonstravi.

His

His positis Modi isti veniant ad examen: & primum quidem ponatur Syllogismus in *Barbara*, hoc modo, *Omne animal sentit, omnis homo est animal, ergo omnis homo sentit*, Ecce Syllogismus apertè conformis Axiomati 3. in Quadr. 3.

Celarent. Nullum animal est lapis, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis. transponantur Præmissæ: decet enim Affirmantem in Syllogismo, primo loco stare, tamquam basim & fundamentum istius comparationis, quæ inter Terminos instituitur in Syllogismo: sic transpositis Præmissis exsurget hic Syllogismus, *Omnis homo est animal, nullum animal est lapis, ergo nullus homo est lapis*, qui expressè dirigitur 2. axiomate, 4. Quadrati

Darii. Omne animal sentit, aliquod vivens est animal, ergo aliquod vivens sentit, Transpositis Præmissis, expresè conformatur Axiomati 3. in Quadr. 4.

Ferio.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [199] - 185
PUBLIC DOMAIN

Ferio. Nullum animal eſt planta, aliquod vivens eſt animal, ergo aliquod vivens non eſt planta, Tranſpoſitis Præmiſſis, dirigitur examuſſim ab Axiomate 4. in Quadr. 4.

Ceſare. Nullus lapis eſt animal, omnis homo eſt animal, ergo nullus homo eſt lapis. Tranſponi debent Præmiſſæ, ut Affirmans ſit primo loco, deinde convertatur Præmiſſa negans in Terminis ſuis, & exſurget hic Syllogiſmus *Omnis homo eſt animal, nullum animal eſt lapis, ergo nullus homo eſt lapis*, qui dirigitur ab Axiomate 2. in 4. Quadr.

Cameſtres. Omnis homo eſt animal, nullus lapis eſt animal, ergo nullus lapis eſt homo. Qui expreſsè conformis eſſet 5. axiomati in 3. Quadr. ſi omnes Propoſitiones eſſent Naturales; nunc verô, cum quædam earum (nempe Negantes) ſint Artificiales, utraque negans convertatur in Terminis, ſe u in utraque negante invertatur ordo Terminorum, & exſurget hic Syllogiſmus.

gismus, *Omnis homo est animal, & nullum animal est lapis, ergo nullus homo est lapis*, qui est juxta 2. axio. in 4. Quadr.

Festino. Nulla planta est animal aliquod vivens est animal, ergo aliquod vivens non est planta, transponantur Præmissæ, & convertatur Præmissa negans, & resultabit hic syllogismus *Aliquod vivens est animal, nullum animal est planta, ergo aliquod vivens non est planta, juxta* 4. axio. in 4. Quadr.

Baroco. Omnis homo est animal, aliquod vivens non est animal, ergo aliquod vivens non est homo, expressè conformis est Axiomati 4. in 3. Quadr.

Darapti. Omnis homo est rationalis omnis homo est animal, ergo aliquod animal est rationale Transponantur Præmissæ, erit Syllogismus juxta 1. axio. in 4. Quadr.

Felapton. superfluus Modus: nam satis continetur in *Bocardo*: si enim Conclusio sequatur ex majori Præmissa particulari, (ut patet in *Bocardo*)

do) Quid ni ſequatur ex majori univerſali cum eâdem minori, ut fit in *Felapton*?

Diſamis. Aliquod animal eſt homo, omne animal ſentit, ergo aliquod ſentiens eſt homo, tranſponantur Termini in Conſequente, Syllogiſmus regetur ab Axio. 3 in Quadr. 4.

Datiſi Omne anime ſeutit, aliquod animal eſt homo, ergo aliquis homo ſentit, Tranſponantur Præmiſſæ, Syllogiſmus dirigetur ab eodem Axiomate, neme tertio in 4 Quadr.

Bocardo. Aliquod animal non eſt homo, omne animal ſentit, ergo aliquod ſentiens non eſt homo Tranſponantur Præmiſſæ, Syllogiſmus erit, juxta 2. axio. in Quadr. 3. conſtitutus

feriſon. Nullum brutum eſt homo, aliquod brutum eſt bipes, ergo aliquod bipes non eſt homo Tranſponanrur Præmiſſæ, Syllogiſmus conſtitutus erit juxta axioma 4. in 4. Quadr.

Atque hęc non eo fine attuli, quo faciam patrocinium aliquod rebus meis,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [202] - 188
PUBLIC DOMAIN

meis, quas cum receptis illis & communibus, aliquatenus consentire, demonstravi; sed cum in scabris illis & malè feriatis nominibus (*Barbara, Celarent &c.*) nihil boni, veri reperiri ostenderim, quod non item in Axiomatibus nostris, & simplicius, & luculentius contineatur, possimus tanto expeditius illis nuncium mittere, substitutis eorum loco, ingenuis his & claris. Sed, inquis, Si ex Barbata illa pharetra, telum aliquod in nos stringatur: nonne si improvisum fuerit, fortius feriet? Jam pridem, inquam, instruxi defendentem in Logica mea clypeo quatuor Regularum aptarum, facilium (parte 3. cap.) quo tela hæc, undecumque missa, nullo negotio retundat: Hîc animus mihi, Opponentem instruere: cui arma danda sunt, quæ facile, & cum plena scientia moveat & circumferat; non vero impedimenta, quibus distineatur.

Qua-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [203] - 189
PUBLIC DOMAIN

Quadratum 5.

In Logica mea. 6.

1. Si enunciatio Copulativa est vera, quælibet ejus pars est vera, *c. 5. e. 5. a. e.* & si omnes partes sint simul verę, Copulativa est vera, *c. 5. e. 6.*

2. Si aliqua pars sit falsa, Copulativa est falsa, *c. 5. e. 5. a. 2.* & si Copulativa est falsa, aliqua ejus pars est falsa, *c. 5. e. 11.*

3. Si aliqua pars sit vera, Disjunctiva est vera, *c. 5. e. 7. a. 1,* & si Disjunctiva est vera, aliqua ejus pars est vera, *c. 5. e. 10.*

4. Si Disjunctiva est falsa, quælibet ejus pars est falsa, *c. 5. e. 7. a. 2.* & si omnes partes sint falsæ, Disjunctiva est falsa, *c. 5. 1. 8.*

Quadratum hoc continet tales formas Argumentorum, quæ ut plurimum, simplices nimium sunt, quam ut earum inter disputandum usus ullus sit; seu antecedens in his tam parum differt à Consequente, ut

te, ut non probent, imo vix uniquam probare apparent. est igitur hoc Quadratum Subsidiarium, & Axiomatibus aliorum Quadratorum, nominatim tertii & quarti, viam munit: ut satis patet ex cap. 6. hujus libelli.

Sunt interim duæ formæ non contemnendæ, quæ hoc Quadrato præscribi videantur: Nempe Syllogismus Copulativus, & Syllogismus Disjunctivus: Syllogismus Copulativus, qualis est iste, *Non & Petrus est homo, & petrus est brutum, Sed est homo, ergo non est brutum*, dirigitur parte 2. axiomatis 2. Nisi quis malit hanc formam ascribere Principio speciali. 6. cap. 1. Sed & quid de hac form censendum sit, Vide Logicam part. 3. sect. 3. cap. 4. n. 8. Syllogismus verò Disjunctivus, qualis est iste, *Vel Petrus est homo vel petrus est brutum, sed non est brutum, ergo est homo*, dirigitur parte 2. Axiomatis 3. Nisi quis malit hanc formam acceptam referre Principio

cipio ſpeciali 5. cap. 1.

Quadratum 6.

1. Quod dicitur de Termino diſtributo, dicitur de eodem Termino particulariter ſumpto, *e. 7. e. 8.*

2. Quod negatur de Termino diſtributo, negatur de eodem particulariter ſumpto, *e. 7. e. 8. a.*

3. Affirmationes cum utroque Termino particulariter ſumpto, Terminus tranſpoſitis. Alternæ ſunt, *r. 7. e. 7.*, Seu ſi terminus particulariter ſumptus affirmatur de alio Termino item particulariter ſumpto, poſterior etiam ſic affirmabitur de priori.

4. Negationes cum utroq; Termino diſtributo, Tranſpoſitis Terminis, Alternæ ſunt, *rr 7. e. 7. a.* Seu ſi Terminus diſtributus negetur de alio Termino diſtributo, poſterior ſic etiam negabitur de priori.

Hoc Quadratum merè ſubſidiarium eſt: Continet formas admodum ſimpli-

ſimplices, Subalternationem & Converſionem.

His poſitis ſex modo formas Argumentorum inveniemus, quæ Diſputationes publicas animare ſolent: Nempe Converſionem Soriticam (ſed hæc rarior eſt; & expediret, eam uſu celebriorem reddere) Syllogiſmum Hypotheticum Indirectum, Soritem (cum quo Enthymemata Sortica) Syllogiſmum ſimpliciter dictum ſeu Syllogiſmum Categoricum (qui omnium frequentiſſimus) Syllogiſmum Disjunctivum, & Copulativum (qui rari, & poſtremus horum, rariſſimus) Quantum ad Syllogiſmum Hypotheticum directum, ille manifeſtam Battologiam continet; & bis idem Argumentum repetit, primo condicionaliter, & deinde rationaliter: v. g. *Si cogito ſum* (ibi ſemel ponitur Argumentum) *Sed cogito, ergo ſum*: ibi denuo ponitur idem, Argumentum, cum eâ tantum differentiâ, quod primò ſub forma Argu-

menti Condicionalis, & deinde sub forma *Argumenti* Rationalis prodeat: Unde & abjectâ priori parte, totus restat: nam Consequentiã, quam prior pars dicit (& præter Consequentiam nihil dicit prior pars) satis importat posterior pars per notam illativam, *ergo*. Cum igitur Opponens ampullis istis obtundit Respondentem, poterit hic priorem illam & inutilem partem *Argumenti*, inter repetendum subticere.

Cap. IX.

De Inventione Argumenti ex Antecedente vel Primâ Præmissâ.

COnversio Soritica non habet Præmissas, cum *Antecedens* ejus sit simplex (Logi. part. 3. Sect. 1. cap. 2. n. 2.) Interim radix ejus ex qua nascitur à parte *Antecedentis*, est *Argumentum* quodcumque, sive bonum, sive malum; cum ea tamen differentia, quod, si bonum *Argumentum*

tum ſumptum fuerit, facienda ſit Converſio Affirm.; ſi malum, Neg. v. g. poſito hoc Argumento bono, *Cogitat, ergo eſt*, fiet hæc Converſio, *Si cogitat, eſt, ergo, ſi non eſt, non cogitat*, quæ eſt Affirmativa: Poſito autem hoc Argumento malo, *Non cogitat, ergo non eſt*, fiet iſta Converſio Neg. *Non ſi non cogitat, non eſt, ergo non ſi eſt, cogitat* idque juxta Axiomata 1. Quadr. cap. ptæced.

Prima Præmiſſa pro Hypothetico indirecto (qui nempe probaturus ſit Concluſionem ſuam) debet eſſe bonum Argumentum cum extremis falſis: Si enim ſit malum Argumentum, Prima præmiſſa in ipſo Hypothetico erit falſa (adeoque Hypothetheticus inutilis ad probandum) Si vero Argumentum quidem ſit bouum, ſed extrema ejns non ſint falſa, Secunda præmiſſa erit falſa (adeoque rurſum inutilis erit ad probandum talis Hypotheticus) ſecunda enim Premiſſa debet eſſe contradictio.

Conclusionis istius Argumenti, quod primam Præmissam constituit, quæ contradictio si vera sit (ut vera esse debet in Hypothetico, qui probaturus est seu fidem facturus suæ Conclusioni) erit ipsa Conclusio falsa, c. 3. c. 9., & consequenter etiam ipsum Antecedens Majoris Præmissæ erit falsum, c. 2. c. 8.

Habito igitur Argumento bono cum extremis falsis v. g. hoc, *Non sum, ergo non cogito*, mox ipsum illud Argumentum sub formâ Condicionali proponemus hoc modo, *Si non sum, non cogito*, quod Argumentum sorticè convertentes, apponemus Conversum sub forma Rationalis Argumenti, hoc mndo, *Sed cogito, ergo sum*. quo facto completus est Hypotheticus probans, quantum scilicet est, ex parte veritatis in Antecedente, & bonitatis in Consequentia.

Prima Præmissa in Sorite probaturo debet esse Argumentum bonum, qua-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [210] - 196
PUBLIC DOMAIN

qualiacumq; ſint extrema iſtius Argumenti: Habito enim tali Argumento, v. g. *Cogito ergo ſum*, mox ipſum Condicionaliter proponemus, *Si cogito ſum*, mox deſpiciemus, num Antecedens ex aliquo, num ex Conſequente ſequatur aliquid: & ſi prius inventum fuerit, hoc ipſo inventus eſt Sorites juxta 1. axio. 2. Quadr. cap. 8. Si poſterius inventum fuerit, inventus eſt Sorites juxta 3. axio. ibid. Quod ſi neutrum occurrat, ſaltem occurret aliquid ex quo Conſequens non ſequatur, aut aliquid quod ex Antecedente non ſequatur: & ſiquidem prius occurrerit, hoc ipſo occurret etiam Sorites juxta 2. axio. ibid.; Si poſterius, juxta 4. axio. ibid. Exempla habes præced. cap. ſub Quadr. 2.

Prima Præmiſſa in Syllogiſmo debet eſſe Affirmatio vera, quæ ſi Naturalis fuerit: v. g. *Homo eſt animal*, deſpiciemus porro, num quid ſubjecto ſubjiciatur, num quid de

Prædicatio prædicetur : & ſiquidem poſterius inventum ſit, habebimus hoc ipſo omnia quæ requiruntur ad ſyllogiſimum 1. axiomatis in. 3. Quadr. cap. 8. Si prius, habebmius hoc ipſo omnia, quæ requiruntur ad ſyllogiſmum 3. axio. ibid. Aut ſaltem occurret aliquid quod non ſubjiciatur Prædicato, aut quod non prædicetur de ſubjecto, & ſuppetent hoc ipſo ſyllogiſmi inxta 4. & 2. axioma reſpectivè : Aut occurret aliquid quod dicatur de ſubjecto ſaltem particulariter ſumpto, aut quod negabitur de Prædicato diſtributo: & hoc ipſo iterum inventi fuerint ſyllogiſmi juxta 1. & 2. axio. 4. Quadr. cap. 8. Si vero Aſſirmatio non ſit Naturalis, ſed particularis v. g. *Aliquod brutum eſt bipes*, Inveniendum erit aliquid, quod de altero iſtorum Terminorum diſtributo affirmetur, aut de illo diſtributo negetur; atque ita fient ſyllogiſmi juxta duo poſtrema axiomata Quadr. 4. cap. 8.

Ex

Ex quibus facile patet quod radix unde naſcitur ſyllogiſmus ex parte Antecedentis, ſit Affirmatio aliqua: ita ut ſyllogiſmus non ſit aliud, quam Argumentum, quo duobus Terminis in Affirmatione propoſitis, ex habitudine tertii Termini cum altero iſtorum (quoad affirmationem vel negationem) infertur ſimilis habitudo ejuſdem tertii cum Termino reſtante. Ex qua Definitione omnes Modi ſyllogiſtici facile deducuntur: Nam Affirmatio quæ velut baſis proponitur, aut naturalis eſt, aut Artificialis ſeu particularis: ſi Naturalis, Tertius Terminus, qui extra illam capitur, vel dicitur de prædicato, vel negatur de prædicato: & ſi dicatur, exſurger 1. axio. 3. Quadr. cap. 8. Si vero negatur de Prædicato diſtributo, exſurget 2. axioma 4. Quadr. ibid. ſed ſi ſimpliciter negetur de Prædicato, nullus Modus idoneus exſurget: cum id quod de Prædicato ſimpliciter negatur, poſſit de ſubjecto

ſimpliciter affirmari : & ita porro pergendo, invenies omnes Modos ſyllogiſticos, utiles ſemper ac probos, ab inutilibus & reprobis ſecernendo. Et mirum eſt Logicos hoc non ſenſiſſe, non agnoviſſe Affirmationem, ut radicem ſyllogiſmi: cum enim agnoſcerent utramq; Præmiſſam poſſe Affirmare, ſed non poſſe utramque negare, cogitare facile poterant, plus juris *Affirmationi*, quam Negationi in ſyllogiſmum eſſe: Si vero agnoviſſent illam radicem, nunquam barbara illa *Barbara Celarent &c.* commenti fuiſſent, in quibus ſæpe Negationem habent pro radice: & ante omnia, non fatigaſſent Diſcipulum illâ Definitione *Syllogiſmus eſt oratio in qua quibuſdam poſitis &c.*

Prima Præmiſſa in Syllogiſmo Disjunctivo, debet eſſe enunciatio Disjunctiva vera, cum altera parte falſa: Ipſa Disjunctiva debet eſſe vera, ut prima Præmiſſa ſit vera, *Alte*ra partium ejus debet eſſe falſa, ut ſecun-

cunda Præmissa sit vera. nam secunda Præmissa debet esse Contradictio alicujus partis ipsius Disjunctivæ. vide Log. part. 3 sect. 3. c. 4. n. 1. & 2.

De Syllogismo Copulativo vide Logicam ibid. n. 8. usque ad finem capitis

CAP. X.

De Inventione Argumenti ex Consequente seu ex Conclusione

Hoc invenire, spectat ad Opponentem: Nam ex Præmissa *Argumentum* elicere, Docentis est, aut novam cognitionem quærentis, aut amplificantis (hi enim omnes ex data sibi Propositione aliam Propositionem deducere conantur) Opponens autem debet *Argumenta* prolicere ex Conclusione: nempe ex Contradictione Theseos, quam primo *Argumento*, quod in Respondentem stringit, inferre debet, aut ex Propositione inter disputandum negata,

gata, quam probare debet, & Argumento proxime subsequente concludere: Quod longè difficilius est, quam alterum illud: Nam alterum illud, labi quoddam est, & ex una Propositione tamquam Antecedente, in aliam devolvi, tamquam in Consequens, viâ naturali, quam Axiomata sternunt, & palam præeunt; Opponentis autem labor est, ascendere, & viam illam remetiri, ac à Consequenti in Antecedens eniti: Quem ut facilius ducamus.

Nota primo, quod probandum est, seu Argumento aliquo concludendum, enunciationem esse debere, c. 2. d. 2. Secundo enunciationem Compositam, qualis est sola Copulativa ac Disjunctiva, c 5. e. 4. per se non probari; sed Disjunctivam quidem satis probatam censeri, si vel una pars ejus probata fuerit, c. 5 e. 7. Copulativam autem non censeri probatam, nisi quæ libet pars ejus probetur, e. 5. e. 6. & e. 5. 4. 2. Tertio Propositionem,

quæ

quæ enunciationem ſimplicem præfert, Hypotheticam eſſe vel Categoricam: quæ non alio differunt, quam quod Hypothetica Conſequentiam aliquam aſſerat vel neget; Categorica vero Terminum de Termino affirmet vel neget. Quarto Catergorica (quæ & ſimpliciter Propoſitio vocatur) aut Naturalem eſſe aut Artificialem; de quibus dixi cap. 8. circa 3. Quadr. & rurſum Naturalem Propoſitionem, aut Affirmationem, aut Negationem eſſe

De quibus jam ordine dicam; Ante tamen agam

De probanda propoſitione per Hypotheticum Indirectum:

Eo quod hic modus probandi ſit generalis, & in omnes Propoſitiones probandas quadret: atque idem facillimus eſt, maximeque uſitatus, non tantum in Schola, ſed ferè in Trivio familiaris. Datâ igitur quacumque Propoſitione probandâ, v.

g. *Homo eſt animal*, Sume tibi Contradictionem ejus, v. g. *homo non eſt animal*, & jam deſpice, num quid abſurdi ex illa Contradictione ſequatur: Iuventoque v. g. hoc, *Homo non ſentit*, (ſequi enim videtur, Non eſt animal, ergo non ſentit) conjunge illam Contradictionem & illud abſurdum in Argumentum Condicionale, in quo Contradictio obtineat locum Antecedentis, & Abſurdum ex ea prolectum, locum Conſequentis, hoc modo, *Si homo non eſt animal, homo non ſentit*, Mox appone Argumentum Rationale ex Contradictione Abſurdi, tamquam *Antecedente*, & Propoſitione probandâ tamquam Conſequente, hoc modo *Sed homo ſentit, ergo homo eſt animal*, Quo facto completus eſt Syllogiſmus Hypotheticus datam Propoſitionem concludens & probans

Ex quo patet, quod Medium idoneum probandæ Propoſitioni per Hypotheticum indirectum ſit *Abſur-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [218] - 204
PUBLIC DOMAIN

ſurdum, quod ſequitur ex Contradictione propoſitionis probandæ: hoc enim invento, facile & quaſi ſponte naſcitur Syllogiſmus Hypotheticus Indirectus: Ut ex præcedenti Diſcurſu manifeſtum fit.

De probandâ Affirmatione Naturali.

Affirmatio Naturalis, ſyllogiſticè probatur penes duo *Axiomata* tertii Quadr. nempe 1. & 3. *Atque* totum *Artificium* conſiſtit in inventione Medii, nam ipſa Propoſitio probanda ſuppeditat extremitates. Sumamus igitur nobis *Affirmationem* aliquam probandam, v. g. iſtam Naturalem, *Homo eſt animal*. Et ponamus nobis ob oculos hoc Schema

	eſt	1
	eſt	2
ergo	*homo eſt animal*	3

In

In quo tres ſulci, tria loca deſignant, tribus Propoſitionibus, ex quibus ſyllogiſmus conficiendus eſt, deſtinata: Et ultimum ſulcum jam nunc occupat Propoſitio probanda, tanquam Concluſio futuri ſyllogiſmi: Ex hac, quantum fieri poteſt, duo reliqui ſulci implendi ſunt. Sumpto igitur Axiomate, *Quod prædicatur de prædicato, prædicatur etiam de ſubjecto*, animadverto Axioma ſupponere primum ſulcum jam impletum eſſe, & diſpenſationem ejus diſertè tantum incipere à 2. Sulco: quaſi dicat Axioma, *Quod in 2. Sulco prædicatur de prædicato, utique præcedente in 1. Sulco, id etiam prædicatur in 3. Sulco &c.* Sed hîc animadverto Prædicatum 3. Sulci, ex præſcripto Axiomatit, etiam eſſe prædicatum in 2. Sulco: Illud igitur ibi reproducam, hoc modo

eſt

	est	1
	est animal	2
ergo	*homo est animal*	3

Rursum perpendo mecum Axioma, num quem fortè locum implendum mihi suggerat : *Quod prædicatur in 2. Sulco, de prædicato præcedente in 1. sulco, prædicatur etiam in 3. Sulco de subjecto, utique istus prædicati quod precessit in 1. Sulco :* Hîc mihi suggerit Axioma, subjectum Conclusionis, etiam debere esse subjectum in 1. Sulco: Illud igitur ibi reproducam.

	homo est	
	est animal	
ergo	*homo est animal*	

Jam tantum restat quærendus tertius Terminus seu Medius: Quem ex

locis

locis vacantibus in Schemate, video debere esse prædicatum de *Homine*, & subjectum *Animalis*,: & commodum, talis Terminus occurrit, *Sentiens*, nam, *Sentiens*, prædicatur de Homine, & subjicitur, *Animali*. Hunc igitur Terminum locis vacuis infero

	homo est sentiens	1
	sentiens est animal	2
ergo	*homo est animal*	3

& nanciscor integrum Syllogismum, quo *A*ffirmatio, primo proposita probatur.

Ex quo perspicio, propositâ quacunque *A*ffirmatione Naturali, si inveniam Terminum, qui & prædicato istius *A*ffirmationis subjiciatur, & de subjecto ejusdem *A*ffirmationis prædicetur, hoc ipso inveniisse me Syllogismum integrum, quo dictam *A*ffirmationem probare possim juxta

xta 1. Axio. 3. Quadr. cap. 8. Imo etiam juxta 3. Axio. ibid., quia duo illa Axiomata idem prorsus Medium præscribunt, pro Conclusione probanda: ut per Sulcata Schemata demonstrarem, si id non nimis longum foret. Uno verbo: duo illa Axiomata in re non differunt: nam Syllogismi, qui illis diriguntur, solo ordine Præmissarum inter se distinguuntur.

De probanda Negatione Naturali.

Negatio Naturalis, Syllogisticè probatur, penes 2. & 4. *Axioma* 3. Quadr. cap. 8. Ponatur talis Propositio probanda, *Brutum non est bipes*, seu, quod idem est, *Aliquod brutum non est bipes*: primo quidē juxta 2. *Axioma*: & fiat Schema Sulcatum

	est	1
	est	2
ergo	*brutum non est bipes*	3

Con-

Conſulamus jam ſecundum illnd Oraculum: *Quod in 2. Sulco non prædicatur (id eſt, quod negatur) de ſubjecto præcedenti, in 1. Sulco, id non prædicabitur ſeu id negabitur in 3. Sulco, &c.* Hîc clarè vides quod, *bipes*, etiam debeat in 2. Sulco negari, ex præſcripto Axiomatis: Igitur ſic ponatur.

		1
	non eſt bipes	2
ergo	*brutum non eſt bipes*	3

Rurſum jam ad Oraculum: *Quod in 2. Sulco negatur de Subjecto 1. Sulci, id in 3. Sulco negabitur de prædicato: utique de prædicato iſtius ſubjecti in 1. Sulco:* ibi vides quod, *Brutum*, debeat eſſe prædicatum in 1. Sulco: Sic ergo ponatur

eſt

	est brutum	1
	non est bipes	2
ergo	*brutum non est bipes*	3

Ex locis vacantibus intelligis, quale Medium defideretur, nempe quod sit Subjectum, *Bruti*, & non Subjectum Bipedis: & tale commodum occurrit, *equus*, (nisi bovem malis in hoc aratro) Is ergo sic ponatur

	equus est brutum
	equus non est bipes
ergo	*brutum non est bipes*

Ut igitur Negationem Naturalem probes juxta 2. Axio. 3. Quadr. cap. 8. requiritur Medium quod sit Subjectum Subjecti, & non Prædicati Propositio-

positionis probandæ: quod simul atque inveneris, inveniſti hoc ipſo Syllogiſmum, quo Propoſitio tua probabitur: apponendo tantum ad ſingulas extremitates Medium, eo modo quo cum ſingulis cohærere deprehenderis.

Si verò probare velis Negationem Naturalem penes Axioma 4. Quadr. 3. ſumere debebis Medium quod ſit Prædicatum de Prædicato, & non Subjecto propoſitionis probandæ. Sit eadem Propoſitio probanda, quæ ante, nempe *Brutum non eſt bipes:* Aratrum Logicum non ducemus per chartam, ſed per animum: & Sulcata Schemata imaginabimur modò: iiſdem igitur ceræmoniis conſulamus hunc Tripoda, *Quod non Subjicitur Prædicato, non ſubjicitur Subjecto*, id eſt *Quod in 2. Sulco non ſubjicitur &c. non ſubjicitur etiam in 3 Sulco &c.* Hic Axioma vult Non Subjectum 3. Sulci, nempe, *Brutum*, eſſe etiam Non Subjectum 2. Sulci:

Sulci: Igitur in 2. Sulco, in prima ejus parte ponamus, *Brutum non est*: & iterum ad axioma, *Quod in 2. Sulco non subjicitur prædicato 1. Sulci, non subjicitur in 3. Sulco, Subjecto istius prædicati in 1. Sulco*: ecce axioma jubet ut, *Bipes*, (cui non Subjicitur *brutum* in 3. Sulco) sit Subjectum in 1. Sulco. His positis, ex locis, quæ vacant in Schemate, videmus desiderari Medium, quod Prædicetur de, *Bipede*, & negetur de, *Bruto*: & cum tale occurrat *Ambulans*, producetur hic Syllogismus

	Bipes ambulat	1
	Brutum non ambulat	2
ergo	*Brutum non est bipes*	3

Igitur ad probandam Negationem Naturalem (quæ æquivalet Negationi particulari) quære Medium, quod sit Subjectum Subjecti, non Prædicati, aut Prædicatum de Prædica-

dicato, non de Subjecto Propositionis probandæ

De Probanda Affirmatione non Naturali seu Particulari.

Affirmationem Particularem probamus penes Axio. 1. Quadr. 4. cap. 8. propositum: Quod Axioma debitè discussum præscribit Medium, quod sit Subjectum utriusque extremi in Propositione probanda: Si igitur hæc Propositio probanda fuerit, *Aliquod brutum est bipes*, Medium idoneum erit, *Avis*, hoc modo

	Avis est brutum	1
	Avis est bipes	2
ergo	*Aliquod brutum est bipes*	3

Axioma enim sic intelligendum est: *Quod* (nempe Prædicatum Conclusionis) *dicitur de Subjecto* (nempe Medio) *dicitur etiam de Prædicato* (istus Subjecti, nempe Medii) *particula-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [228] - 214
PUBLIC DOMAIN

ticulariter ſumpto. Per ſulcata ſchemata idem videbis clarius; ſed illa tuo marte fac: & ſequere ſecurus: glaciem iſtam fregi.

Poſſumus etiam *Affirmationem* Particularem probare penes 3. *Axio.* 4. Quadr. cap. 8. Sed facillimus, maximeque ſimplex & naturalis modus eſt per 1. *Axio.* Nam probatio per 3. *Axio.* ſupponit probationem per 1. Axio. ſicut ipſum 3. Axio. ſupponit 1. Axio. atque per ipſum demonſtratur *c. 7. e. 14.*

De Probanda Negatione non Naturali ſeu Univerſali.

Negatio Univerſalis probatur juxta 2. Axio. Quadr. 4. cap. 8. Quod *Axioma* dictat Medium repugnans cum Prædicato, & Prædicatum de Subjecto Concluſionis probandæ: v. g. ſi probanda ſit iſta, *Nullus homo eſt lapis*, Medium idoneum erit, *Animal*, hoc enim eſt Prædicatum de Subjecto (*homine*) & repugnat cum

cum Prædicato (*Lapide*) Hoc igitur in ea qualitate conjunctum cum utroque extremo, producet hunc Syllogiſmum

	Homo eſt animal	1
	Nullum animal eſt lapis	2
ergo	*Nullus homo eſt lapis*	3

Qui Syllogiſmus procedit juxta *Axioma* 2. Quadr. 3. cap. 8. nempe Quod negatur de Prædicato diſtributo, negatur etiam de ſubjecto diſtubuto

De Probanda Hypothetica

Hypothetica ſive affirmativa ſit, ſive Negativa, probari poteſt per Converſionem Soriticam penes duo priora Axiomata 1. Quadr. cap. 8. v. g. poſitâ hac probandâ *Si cogitat, eſt*, ſic procedere poterimus, *Si non eſſet, non cogitaret, ergo ſi cogitat, eſt.* Si vero poſita ſit hæc Negativa, *Non ſi eſt,*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [230] - 216
PUBLIC DOMAIN

si est, cogitat, sic probabitur: *Non si non cogitat, non est, ergo non si est, cogitat.*

Per soritem vero, Hypotheticam Affirmativam probamus, penes duo Axiomata 2. Quadr. cap. 8., nempe primum & tertium; Negativam vero juxta reliqua duo Axiomata, nempe 2. & 4. Sit igitur hæc probanda: *Si cogito, sum spiritus*, adducto primo Axiomate, nempe, *Ex quo sequitur Antecedens, ex eo sequitur & Consequens*, proponamus Schema sulcatum seu Jugerum Logicum, cujus ultimo Sulco inseratur Propositio probanda.

	1
	2
Ergo Si cogito, sum spiritus.	3

Interrogemus primum Axioma- quo pacto reliquos Sulcos, implere possimus: *Ex quo, nempe in 2. Sulco, sequitur, &c. ex eodem in 3. sulco &c.*: Ecce Antecedens Propositionis pro-

bandæ debet poni in ſecundo Sulco, loco Antecedentis: ſic igitur reponatur.

	1
Si cogito.	2
Ergo Si cogito, ſum ſpiritus.	3

Rurſum ſcrutemur Axioma: Ex quo ſequitur Antecedens nempe primi Sulci, ex eodem ſequitur Conſequens primi ſcilicet Sulci: Ecce Conſequens Propoſitionis probandæ, debet eſſe Conſequens in primo Sulco: ſic igitur reponatur.

ſum ſpiritus	1
Si cogito,	2
Ergo Si cogito, ſum ſpiritus.	3

Videmus quid requiratur, nempe Antecedens Conſequentis, & Conſequens Antecedentis Propoſitionis probandæ ſeu Concluſionis: & cum occurrat tale, *Non ſum corpus*, reponamus

mus hoc in locis vacuis: & perfectus erit Sorites, hoc modo.

	Si non sum corpus, sum spiritus	1
	Si cogito, non sum corpus	2
Ergo	Si cogito, sum spiritus.	3

Idem prorsus Medium præscibitur à 3. Axiomate: Tenta per hos Sulcos, & videbis: Imo hæc duo Axiomata tantum differunt transpositione Præmissarum: Unde quærenti Argumentum ex Conclusione, sunt eadem 1. & 3. Axioma tam in 2. quam 3. Quad. cap. 8., sed quærenti Argumentum ex Antecedente, non sunt eadem.

Ad probandam Hypotheticam Negativam. Sed abrumpo. Tu mihi manum ad stivam, & Democriti vomere Campum hunc Logicum ara, sulca, desuda: Fructus uberrimos pollicetur hic Ager, & quibus capiendis, humana mens par esse vix possit; Licet Colonorum inertiâ, vel potius alius agentium lasciviâ, hactenus vix quidquam dederi', nisi sentes.

Objectiones Adverſus veram

ETHICAM;

ARNOLDI GEULINCX.

Philoſ. Profeſſ.

Quas

Non nemo poſuit & ad Philaretum tranſmiſit

una cum

Reſponſionibus ad eas

per eundem

PHILARETUM.

Objectio I.

Quia hodie Prudentiſſime Philarethe accepi, te occupari in adornanda editione Ethices mei præceptoris, non potui non ad te haſce difficultates tranſmittere, quibus eam premi doleo certe, cum non videam, qua ratione vindicari poſſit & ſuſtineri alioquin bonæ notæ Ethica illa: ubi ſi verum ſit fun-

da-

damentum, tot veritates invenias, quot in aliis ejuſcemodi ſcriptis fædos errores. Primum igiter ſic inſto. Si Philautia, omniſque amor ſui, etiam moderatiſſimus, peccatum ſit, ac in quovis opere bono omnem mei curam, voluptatis, beatitudinis, damni, &c. conſiderationes oporteat abjicere, nihil utique erit, quod ad bene agendum movebit, nihil ſtimulabit. Cur enim bene vivam? cur obediam legi, cur Deo, aut rationi, cur vel hominibus paream, ſi nihil commodi, ſi nihil etiam incommodi obventurum ſit mihi, aut ſi de eo mecum non cogitem, neque debeam cogitare?

Objectio II.

Philautiam eradicare velle tam videtur impoſſibile, quam cælum terra miſcere: congenita eſt nobiſcum, & altas radices egit; firma eſt conſuetudo & noſtra & omnium quicum vivimus, ad ſe omnia dirigendi, neque id turpe amplius. Imo ſapientiſſimi ac prudentiſſimi (politicos hodie vocant) ex ſua intereſſe (ut ita dicam, quod dicitur vulgo) omnes actiones ſuſpendunt, nec plus nec minus, cum ſapiunt, agunt-

que rectiſſime, quam commodi ratio exigit, præſtant.

Objectio III.

Cum ſacris pugnat ſui nullam habere curam: dixit enim ſummus legiſlator, dilige proximum *ſicut te ipſum*. Ergo ſui ipſius amor non eſt illicitus, ſed adverſus proximum amoris regula & norma penes quam menſurari debet, & præterea hoc ipſum innumera loca confirmatum eunt.

Objectio IV.

Author Tract. IV. exagitat eos Philoſophos qui paſſiones ſuas exſtirpare volunt; quaſi idforet poſſibile: & ſane ſtultum eſt hominem velle eſſe, & carere velle parte aliqua humanitatis. Jam paſſiones hominem faciunt, ut quamdiu homo eſt quod eſt, paſſiones debeant manere. Proinde ſi ipſa *Philautia ſit Paſſio* quædam, & ſingulari aliquo ſpirituum in cerebro motu excitetur, conſerveturque, motus autem nobis, demonſtrante authore, interdictus ſit; equidem non poteſt Philautia ab homine tolli. At vero omnium vehementiſſima, ac vetuſtiſſima paſſio eſt.

Ob-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [236] - -
PUBLIC DOMAIN

Objectio V.

Socinianum, damnatumque Theologis dogma est, Passiones, ut author inquit, non esse malas. Primus enim motus ad peccatum, malus etiam, judicio omnium Theologorum est; jam vero quis alius ad peccandum primus est motus, quam Passio, quæ nos instigat, & invitos sæpe compellit?

Objectio VI.

Ultra posse nemo Obligatur, est scitum vetus ac ni fallor verissimum. Jam ad Ethices perfectam normam nemo potest vivere, vel fatente id Schola Theologorum, hominem proclivem ad mala, segnem & impotem ad bona perhibentium; ergo nemo etiam ad ea obligatus est, ponendaque sunt Ethices præcepta inter ideas Platonis, atque chimæras, quæ animo quidem concipiuntur, re vero & opere, nunquam exprimuntur.

Responsio I.

Philautiam Peccatum esse, demonstravit author compluribus argumentis, iisque omni exceptione majoribus. Proinde ut quis ad bonos mores stimu-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [237] - -
PUBLIC DOMAIN

lum haberet, eique ad Obediendum Deo, Calcar adderetur, fieri nequaquam poteſt, ut *Philautia, non ſit peccatum*, imo *omnis peccati fons & origo*. Ordo equidem rerum propter aliquod commodū aut incommodū nequit mutari : proinde ubi demonſtratum eſt in negotio Virtutis Philautiæ nullum eſſe relictum locum, ſimul evidens evadit id aliter eſſe non poſſe, licet omni incitamento & calcari virtus careret. At vero non tanti eſt hæc ſophiſtica objectio : quid enim te movet, ut veritatem aliquam amplectaris ? cur duo & tria velis eſſe quinque ? cur in triangulo tres angulos ſimul ſumptos duobus rectis æquales ? quæ ratio commodi, aut voluptatis abs te extorquet aſſenſum ? nonne aſſentiris quia ita ſe res habet, quia ſic oportet judicare, quia verum eſt ? at inſtare te video : alia res eſt inquis circa contemplationem veritatis, aut circa obedientiam legi præſtandam. Imo ſane parum diſtant anne exhibenti an jubenti rationi aſſenſum præbeas. Opus enim, quod Virtutem comitatur, ac per corporis membra contingit, quia à motu dependet, non à nobis fit, ſed motore noſtri corporis, ac noſtrorum mem-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [238] - -
PUBLIC DOMAIN

membrorum : noſtrûm duntaxat eſt velle facere, quod jubet ratio, ac in ea voluntate conſtantes eſſe. Jam an tanti intereſt, ſive judicio mentis ſtatuo ita eſt, ut oſtendit ratio; ſive voluntatis ejuſdem inclinatione velim ita facere, quod jubet eadem ratio? jam ſi ad faciendum, quod mandat ratio, commodi, voluptatis, beatitudinis æternæ, ipſius gehennæ vel quædam alia conſideratio ſtimulus debeat eſſe, dic mihi, quid te moveat & exſtimulet ad voluptatem ipſam? cur eam vis? quia grata eſt atque accepta. At iterum cur gratiam illam deſideras, quid huc te movet? proinde clarum eſt nos facere poſſe, indieſque facere, etiam ea, quorum nullus poſſit aſſignari ſtimulus, & movens ratio. Quid ni vir probus, ubi legem ſibi poſitam conſiderat, ei obedientiam præſtabit, ſe ipſum relinquendo, cum ſimul videat legem id poſtulare, nec aliter ſe poſſe obedire? Nam ut hoc uno verbo addam: qui vult Deo obedire, non tantum debet facere, quod jubet Deus, verum etiam quia jubet Deus: niſi enim ideo faciat, quæ juſſit Deus, quia illa juſſit, nequaquam eſt obediens, ſed externo opere contentus

hypocrita evadit, imo etiamsi idem opus faciat, quod Deus jubet cum tamen non fecit, quia Deus jussit, nulla fronte dici potest, quod fecerit id, quod ille jussit: sed fecit quod ipse sibi jussit, suaque ipsius voluntate elegit faciendum: e.g. Deus jubet esse sobrium, nec ultra necessitatem cibo potuque uti. putasne te sobrium esse, si moderate vescaris, parumque bibas, vel quia consuetudo id fert, vel quia non plus tibi suppetit, vel quia indecorum judicas, te ingurgitare nimiis alimentis, vel morbum alias & mortem metuis? itane jam obedientiam præstas Deo mandanti, ut sobrius sis? non sane: quando enim de Deo mandante, de ejus lege cogitasti? tunc vere sobrius eris, tunc obediens, ubi talem te virum præstiteris, quia hoc vult Deus. ut adeo in omni actione morali indissolubili nexu conjungi debeant *quod & quia*, & inconcussæ semper veritatis esse, *te non facere quod jubet ratio, nisi id feceris mere ideo, quia jubet ratio.*

Responsio II.

Philautiam congenitam esse, & tam altas egisse radices, ut homines ad se omnia dirigendo, neque Deum noverint,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [240] - -
PUBLIC DOMAIN

rint, neque ullam amicitiam, attenden-
ti ſatis clarum eſt, ſed quod ideo non
ſit exſtirpanda, tam abſurdum eſt, quam
quod abſurdiſſimum. Enimvero quo
malum eſt gravius eo magis Medici-
nam deſiderat: quæ quanquam diffici-
lis ſit, tamen adminiſtrari debet: & in
Ethica non tam quid poſſit homo, quam
quid debeat Deo; quidque deceat, in-
veſtigamus: imo hominis impotentia
non tollit legem, nec ab ea eum ſolvit,
ſane ratio ipſa docet hoc in caſu ad
Deum omnipotentem eſſe recurren-
dum, ab eoque precibus poteſtatem o-
bediendi rogandam, ſerioque & identi-
dem orandum eſſe: quanquam aliud,
efficaciſſimum remedium monſtret
Theologia. Politicos autem qui tanquã
prudentiſſimos, maxime quos peſtilen-
tior aura machiavelli, hobeſii, &c. affla-
vit, ſibi propoſuerit imitandos, næ is à
recta via deflexit! & auſim dicere, eo-
rum exemplo nihil boni unquam poſſe
fieri, niſi in hypocriſi: & ſane horum
malitiam vel ex eo ſolo licet cognoſ-
cere, quod odio ſemper maximo proſe-
quantur ingenuos quoſcunque homi-
nes, probos, atque adulari, mentiri &
fallere neſcios: tales enim cane pejus &
angue fugiunt. Sed de hoc genere alibi
plura. *Re-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [241] - -
PUBLIC DOMAIN

Responsio LII.

In Sacris Deus jussit nos eodem amore proximum atque nos ipsos debere prosequi, sed & jussit se solum amari: an ergo contraria jussit? non sane: at vero varia acceptio est illibus vocis, quæ amorem denotat: nunc pro ipso amore venit, alias pro officio amoris ut sensus sit, *Amabis proximum sicut te ipsum*, eandem curam proximi geres, in rebus, quæ spectant corpus ejus atque animam, qualem circa te gerere tibi in mandatis dedit Deus tuus. Ita cum alibi Apostolus dicit, quisque quærat non quod suum est, sed quod alterius, an propterea sui ipsius curam, quam non gerere infidelitatis notam esse dixerat, ut quis negligat, jubet? puto quod tantummodo ordinem illum perversum, culpat, ubi, quis ad se omnia, ad proximum nihil dirigat, ostendens potius alium nobis esse præferendum, si quis anteferri debeat: proprie loquendo amor unicus est, isque in deum, aut ejus legem; neque nos, neque proximum, ullamve aliam rem amor spectare potest, propterea cogitandum alium esse in sacris litteris sensum amoris, quando usurpatur: quo detecto

tecto patebit, quid inde ſequatur; ſecus autem multi & perperam faciunt, obviam aliquam, quam in ſua mente gerunt ſignificationem mox arripiunt, & inde præter mentem Dei argumentantur ſæpe: enimvero Deus juſſit, uti auctor circa Oblig. 3, 4. &c. oſtendit, nos debere vivere, ad vivendum edere, bibere, arcere injurias aeris &c. ad hæc vero conditionem vitæ ſectari & multa pati, multa ferre, uti latius ibidem: jam idem mandatum dedit aliis & proximo noſtro, voluitque ut eum pari nobiſcum loco dignemur, & quantum ad vitam in nobis ſuſtentandam laboramus, tantum etiam præſtemus proximo, ſi qua ope noſtra indigeat: hoc ergo lex vult, atque id eſt *proximum amare ſicut ſe ipſum*: quomodo jam inde Philautia exſculpitur? ſane ſic amare te ipſum, ſic proximum, ut ex mandato Dei velis & te & illum vivere, edere, laborare & ſimilia, non eſt proprie te ipſum amare, neq; proximum: ſed Deum ipſum, ejuſque legem medullitus amare: ſed ne de vocibus lis ſit, modo de rebus pax, facile patior curam, quam circa nos & alios gerimus, dici amorem, quamvis amor proprie ſpectare debeat

debeat finem ultimum, uti auctor tr. 3. demonstrat.

Responsio IV.

Quatenus Philautia passio est, sane nostræ potestati non subjacet; proinde eam sic exstirpare velle insaniæ est. at cogitare se Deo esse subjectum, eum sibi legem dedisse, & se ad obedientiam obligari, nulla passione impeditur in eo, qui *se ipsum cognoscit*, ac ex notitia sui omnem suam scientiam deducit: at si quis in eo totus sit, ut exstinguat cupiditates, ut suffocet continuum illum stimulum, quem in se persentiscit, ex passione & inclinatione sua agendi, omniaque non Deo & legi ejus subornandi, sed ad se tanquam ad ultimum finem dirigendi, is profecto Æthiopem dealbabit, oleumque & operam perdet. Ethica vero non tam quid valeat homo, quam quid debeat, docet: hic audias Senecam, omnesque Ethicos meritò accusari, dicta non convoniunt factis; & longissime differunt *bene vivere, & bene loqui*, hoc pluribus conceditur, ut optima edisserere queant, illud vero negatum est omnibus, ut vitam suam potuerint juxta doctrinam instituere: sed imperitia artificis non imminuit perfectionem artis. *Re-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [244] - -
PUBLIC DOMAIN

Responsio V.

Primus ad peccandum motus, recte dicitur peccatum : sed ideo non sequitur passionem vel unam esse malam : non enim primus ad peccandum motus passio est, sed ejus instinctu aliquid agendi aut omittendi prima voluntatis inclinatio, peccatum procul dubio pariter est, ac actio externa, quæ postmodum ex inclinatione ista resultat e. g. si quis alteri injuriam aut convicium fecerit, hoc percipere, & intelligere, in quo consistit potissima pars illius passionis, quam iram vocant, non est peccatum: non magis quam eum videre ante oculos huc illuc discurrentem, qui injuriam spargit, & convicia. Jam porro, ut natum est fieri, commota tibi bile, flagrent & micent oculi, multus ore toto rubor sit, exæstuante ab imis præcordiis sanguine; labia quatiantur, dentes comprimantur, & parum explanatis vocibus sermo sit præruptus, aliaque iræ inte effecta prodeant, si nondum vindictæ Cupido animum Cæpit à Ratione in devia abstrahere, si non ad arma, ad similia convicia, ad par pari referendum adactus fueris, nihil utique peccasti.

Re-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [245] - -
PUBLIC DOMAIN

Responsio VI.


In sexta Objectione vulgaris istius sciti ridiculus est abusus. Quid an creditori, non obligatus est solvere, is qui bonorum suorum decoctor, jam non est solvendo? an illa impotentia solvendi obligationem abolet? sed aliud ni fallor vulgo volunt, neminem scil. se posse obligare ad id præstandum, quod nequit præstari, & impossibile est. e. g. Si quis promitteret se alicui regnum daturum, cum iro sit pauperior, illam obligationem nullam esse, ac stulte contractam. Sed etiamsi hoc tristi rerum statu, cum homo testante sacra scriptura, servus est peccati, non possit ea præstare, quæ decent eum, quæque lex jubet, illud tamen neminem excusat, & perinde eum solvit ab obligatione, ac supra memoratus bonorum decoctora debito suo solvitur: sane & penes Deum & homines etiam magnum foret impostoribus beneficium, si quis ad bene vivendum impotens, non amplius ad id à Deo obligaretur, aut qui non foret solvendo, jam à creditore, & ejus actione liber, de solutione nihil quicquam haberet cogitandum. Pestilens illa multorum sententia rerum divinarum, juxta ac humanarum, omnisque boni, decori, civilisque justitiæ interitum inducit.

AD LECTOREM.

Reliquis object. & resp. nunc deficiente pagina, alias locum dabimus. Vale.

FINIS.


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [246] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 229, [247] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 229, [248] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 229, [249] - -


PUBLIC DOMAIN

GWLB Hannover
036 856 606
35


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 229, [250] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 229, [251] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 229, [252] - -

PUBLIC DOMAIN

Signatur: Leibn. Marg. 229, [253] - -



PUBLIC DOMAIN